10.

# Bericht

über das

# Königliche Pädagogium zu Halle,

womit

zu der öffentlichen Prüfung

der

**Scholaren des Instituts**

am 5. Sept. von 9 bis 1 Uhr

ergebenst einladet

**Dr. H. A. Niemeyer,**

Director und Aufseher des Königlichen Pädagogiums.

---

**Neunte Fortsetzung.**

---

Voran:

Rhetorisch-grammatische Collectaneen, mit besonderer Beziehung auf den Gebrauch des Adjectivum bei Horaz, unter dem Titel:

Nugarum grammaticarum particula prima.

von

**Dr. J. A. Voigt.**

---

**Halle,**

Druck der Waisenhaus-Buchdruckerei.

**1844.**

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0002

# Nugarum grammaticarum

## particula prima.

Ex quo subtilitas Peerlkampiana doctorum virorum studia ad Horatii carmina illustranda denuo accendit, tam multa de iis scripta sunt, ut vix quidquam reliquum videatur, e quo aliqui operae fructus percipi possit periculumque sit ne ligna ferat in silvam is, qui magnos eorum librorum aut libellorum acervos velit implere. Neque ego hoc mihi sumo, ut me vel in critica, vel in exegetica ratione quidquam novi putem assecuturum, quamquam novissima quaeque vel recognitio vel enarratio, quae quidem hoc nomine digna esset, aliquam obscuritatem illustravit aut vulnera monstravit deligata atque nondum sanata. Sed tamen multa sunt, minutioris illa quidem curae, quorum interpretes maluerunt attingere genera, quam singulas persequi species, e quibus ego suscepto hoc scholastico praefationis munere, eum locum tractandum selegi, qui est de adiectivorum coniunctione cum nominibus aut verbis, ut maiora aut in aliud tempus differrem aut doctioribus relinquerem, his tamen ipsis me sperarem gratum facturum, si vel minima in hoc genere comprehensa quasi in conspectu quodam collocassem.

Maiora autem intelligo ea, quae vel ad epithetorum vim variumque usum pertinent (cf. Dissen de poesi Tibulli p. 169. sq. Meyer de epithetorum ornantium vi, natura et usu apud graecos et latinos poetas. Utini 1837. Iacob in libro qui inscribitur Quaestiones epicae. Quedl. et Lips. 1839.) vel ad poetarum veterum artem compositionis; quae quidem arctissime cohaerent cum omni veteris poesis vi et natura. Nam duo sunt, quibus veterum poesis a recentiore differre videatur, quod et apud illos omnis scientia et cognitio rerum divinarum a poetarum maxime sapientia ducebatur, antiquissimis quidem temporibus etiam omnis vitae conformatio et modera-

*) Quo in genere utilissimum est, demonstrare, quo poetae in quoque epitheto eligendi iudicio usi sint. Quod quantum intersit, docet Buttmann in mythologo I. p. 31. sqq. II. 132. Dux erit Dissen in commentariis in Tibullum [cf. Tibull. 1. 7. 34. et 36.] ad cuius imitationem se composuit Dillenburger in explicandis carminibus Horatii.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0003

tio, [Horat. A. P. 391. sq. Docti sunt Romanis et philosophi et poetae] et quod carminum artificium multo magis quam apud nos fieri solet aut potest, ad aurium iudicium referebatur *). Quo factum est ut, cum apud nostros homines inventio plurimum valere soleat et ex ea potissimum virtus poetica aestimari, apud illos carmina vel maxime commendarentur cum sententiarum copia et ubertate, tum orationis ornatu et expolitione. Atque illud quoque praetermittendum non est, summos Romanorum poetas, cum quo quisque videretur doctrina litterisque instructior, eo magis eum probari intelligerent, quod in circulis fieri solet ut eruditi homines sermonem locis poetarum quasi quibusdam luminibus distinguant, idem fecisse in poematis, ut et in verbis et in sententiis se summorum et Graecorum et suorum poetarum libros legisse et pervolutasse declararent.

Cum igitur veterum carmina ad alias leges sint revocandae atque eas, quibus tenentur poetae recentiores, non minima vis inesse videtur in ratione adiectivorum comparationumque, quae non erraverit qui quasi quaedam epitheta explicata esse statuat; quo in genere Homerus quidem admirabile est quantam virtutem poeticam expromserit, quamque rerum vim et naturam se penitus perspectam habuisse ostenderit. Deinde autem et in verborum collocationem et in membrorum connexionem inquirendum est, quippe in qua non poetae solum, sed oratores etiam summum studium posuisse videantur.

Sed haec, ut dixi, si licuerit, nec me impedito alius quispiam occuparit, tractabo alias. Hoc quidem tempore, quoniam et ludi magister sum et in praelusione versor, pauca de ea parte, quam alteram posui, iuvat ludere. In quo non dispositionis elegantiam sequar, sed ut primum quidque se obtulerit, ita proferam; atque incipiam a verborum positione, quae cum propriam curam eamque diligentissimam postulet, nunc satis habebo pauca exempla posuisse. (Monich, die Horaz. Lyra, p. 84.) C. 2. 14. 7—12.

[Pluto] ter amplum
Geryonen Tityonque tristi
Compescit unda scilicet omnibus
Quicunque terrae munere vescimur
Enaviganda sive reges
Sive inopes erimus coloni.

In quibus terror fatalis necessitatis omnibus propositae eo augetur, quod et sententia strophae secundae finitur primo ordine primi alcaici hendecasyllabi strophae tertiae, ut apud Homerum Il. α΄ 1. μῆνιν ἄειδε θεά, Πηληιάδεω Ἀχιλῆος, |

*) Cic. Orat. §. 173. In versu quidem theatra tota exclamant, si fuit syllaba brevior aut longior. §. 213. Carbo — in concione dixit —: „Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit“. Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. — Quare mirum non est, quod harum rerum studio in foro excitato Romana poesis laetius efflorescere coepit, postquam recitationes ab Asinio Pollione institutae sunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0004

οὐλομένην κ. τ. λ. et ibid. 49. αὐτὰρ ἔπειτ᾽ αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιείς, | βάλλ᾽ (cf. Hor. S. 1. 10. 64. capsis quem fama est esse librisque Ambustum propriis); et quod voces omnibus enaviganda, reges, coloni locis positae sunt maxime illustribus, quum sedes primam et ultimam teneant easque in iis versibus, qui arsin habent, siquidem arsin et thesin in totis versibus inesse recte statuitur *).

---

*) Collegeram omnes locos, quibus adiectivum cum aliqua dicendi virtute aut in fronte versus aut in fine positum esset; quos cum longum esset explicare, satis esse duxi ceteris omissis unum subiungere, C. S. 17—24.: Diva producas sobolem patrumque Prosperis decreta super iugandis Feminis — certus 110 per annos Orbis ut cantus referatque ludos — — frequentes. Eo enim consilio Augustus „legem maritam“ tulerat, ut frequentia civium augeretur idque ipsum ab Horatio positu vocabuli frequentes significatum est. Quam eandem rationem valere puto ad expediendam difficultatem illius loci multum exagitati: crescit occulto velut arbor aevo Fama Marcelli. Dicitur Marcellus vetus ille, qui Hannibalem vicit, quem Aeneas apud inferos vidit ingredientem insignem spoliis opimis victoremque supereminentem viros omnes (Virg. A. 6. 856 sq.); estque mentio eius ab Horatio illata propter Marcellum iuniorem, vel ut is etiam dignior haberetur, qui Augusti gener esset, vel ut recordaretur, se habere causam celebritatis et nominis a maioribus acceptam, eoque magis, quod futurus esset Augusti successor. Quum igitur qui ante eum nominantur, memorentur aut referantur, quasi eorum memoria mortua sit, Marcelli laus tantum abest, ut senuerit, atque ab oblivione hominum vindicanda sit, ut vivere videatur nullo aevo delebilis (Martial. Epigr. 7. 84. 7. Casibus his nullis, nullis delebilis annis Vivet), tanquam arbor, quae non intermittat suo tempore frondescere, et quotannis accepta damna reficiat aut semper vigeat et vireat (nam de tali arbore utique cogitandum est, non de prunis et cetera plebe), ut denique „Usque postera crescat laude recens“, lateatque in eo vis aevi omnia consumentis. Quae si recte disputata sunt, expressit Horatius Pindari ἀγήραον κῦδος novo modo, multum sane illo interpretibus negotii exhibituro, ut videlicet ipse suum inveniendi laborem consolaretur, quem eo graviorem fuisse necesse est, quo difficilius esset Augustum maioribus etiam laudibus tollere quam C. Iulium Caesarem; quod ut ei cessit felicissime, quum Iovem fecit regnantem secundo Augusto, ita gradatio (crescit — F. M., micat — Iulium sidus; Secundo Caesare regnes) in Marcello orationem non minus obscuravit, quam Caesaris et Augusti splendor offecit claritati Marcelli. An verbis occulto aevo mortem Marcelli significavit dixitque eum occultum aevum agitare (Virg. Aen. 10. 235. dedit esse deas aevumque agitare sub undis, cuius animus exstincto corpore aut apud inferos esset aut in beatis insulis aut aliquo loco, cum Caesaris stella micaret in coelo et Augustus „praesens divus“ haberetur? (cf. C. 2. 2. 5. Vivet extento Proculeius aevo, — Illum aget penna metuente solvi Fama superstes). Certe quidem verba fama et aevo non sine causa et iuxta posita sunt, et in extremo versu alterum, alterum in primo. Nam cur crescit primum locum teneat, apparet ex iis, quae supra dicta sunt. Restat tertia ratio, ut statuatur veteris illius Marcelli memoriam, intermortuam per Marcellos minus claros, denuo excitatam esse per Marcellum iuniorem, ut arbores vere excitentur ex hiberna inertia. Cui cum alia, tum id obstat, quod aevum est tempus ad vitam datum, non ipsa vita (Cic. Tusc. 1. §. 56. tam natura putarem hominis vitam sustentari, quam vitis, quam arboris: haec enim etiam dicimus vivere). Denique cf. Ovid. Fast. 6. 103. Unde datos habeat vires (Carna), obscurior aevo Fama: sed e nostro carmine certus eris. Tibull. 1. 7. 55. At tibi succrescat proles, quae facta parentis augeat et circa stet veneranda senem; 2. 1. 33. Gentis Aquitanae celeber Messala triumphis Et magna intonsis gloria victor avis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0005

C. III. 29. 11. 12.:

Omitte mirari b e a t a e
Fumum et opes strepitumque R o m a e

Est Roma beata. Et quid continet? Fumum et opes strepitumque; quae iam media inter voces beatae et Romae posita sunt. — Cf. C. IV. 2. 34—36.

Aliis locis rerum natura orationis forma expressa est. Epod. 8, 7—10.:

Sed incitat me pectus et mammae putres
Equina quales ubera
Venterque mollis et femur tumentibus
Exile suris additum!

Simplici ordine procedunt verba versus VII., in octavo autem unum vocabulum inter adiectivum et substantivum positum est; idemque repetitum est in versibus sequentibus ita, ut prior pars, quae versui septimo similis est, brevior et simplicior sit, posterior, quae versui VIII. respondet, longior verborumque collocatione impeditior, quod quidem poeta accommodasse videtur ad animi perturbationem foeditatis recordatione paullatim crescentem et omnem cogitationis quietem ad extremum tollentem. Cf. Epist. 1. 7. 25—28.:

Quodsi me noles usquam discedere, reddes
Forte latus, nigros angusta fronte capillos,
Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum et
Inter vina fugam Cinarae maerere protervae.

Epod. 13. 8—10.: Nunc et Achaemenio
Perfundi nardo iuvat et fide Cyllenea
Levare diris pectora sollicitudinibus.

In his ipsi numeri affectuum dissimilitudinem plane ostendunt. Nam ordo logaoedicus „et f. C.“ animum sedat, iambelegi incitata celeritas commovet. — Cf. Epod. 14, 1. 2., 16, 47. 48., 17, 21 et 22. S. 2. 5. 39—41. S. 2. 2. 100—101.

C. 2. 12. 1 sq.: Nolis longa ferae bella Numantiae
Nec dirum Hannibalem nec Siculum mare
Poeno purpureum sanguine mollibus
Aptari citharae modis.

His animus Numantiae memoria commotus, cum Hannibalis nomine et terrore subito constitit, vehementiorem, ut fit, impetum resumit in proeliis navalibus cum Poenis commissis.

Contra est in his:

C. 3. 11. 17—20. quamvis furiale centum
Muniant angues caput eius (Cerberi) atque
Spiritus teter saniesque manet
Ore trilingui.

Epod. 5. 15. 16.: Canidia brevibus implicata viperis
Crines et incomptum caput.
19. 20.: Et uncta turpis ova ranae sanguine
Plumamque nocturnae strigis.
27. 28.: Horret capillis ut marinus asperis
Echinus aut currens aper.
S. 1. 4. 49.: Saevit (pater) quod meretrice nepos insanus amica
Filius uxorem grandi cum dote recusat.

Atque etiam illud notare alienum non videtur, quam Horatius in similibus membris connectendis quaesiverit varietatem vel verborum positu, vel partium modo, vel ratione appositorum.

C. 3. 23. 5 sq.: Nec pestilentem sentiet Africum
Fecunda vitis nec sterilem seges
Robiginem aut dulcis alumni
Pomifero grave tempus anno.

Cf. descriptio divitum insularum Epod. 16. 46—52.

57. 58.: Non huc Argoo contendit remige pinus.
Neque impudica Colchis intulit pedem.
S. 2. 3. 78—80.: (Quisquis) ambitione mala aut argenti pallet amore
Quisquis luxuria tristive superstitione
Aut alio mentis morbo calet.
C. 1. 21. 1. sq.: Dianam tenerae dicite virgines
Intonsum, pueri, dicite Cynthium
Latonamque supremo
Dilectam penitus Iovi

Diana, intonsus Cynthius, Latona supremo dilecta penitus Iovi et tenerae virgines, pueri, qui in tertio membro menti sunt, auribus oculisque non sunt, quasi quosdam gradus efficiunt, per quos aut ascenditur ad supremum Iovem Latonamque ei dilectam, aut descenditur ad planitiem nullo loco edito distinctam.

S. 1. 6. 16.: Coena ministratur pueris tribus, et lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet, adstat echinus
Vilis, cum patera guttus, Campana supellex.

Tetrapodia bucolica primi versus continetur primum membrum; clausula primi versus et tetrapodia bucolica secundi alterum membrum; tertium denique secundi versus clausula et tertius hexameter complectitur. Est igitur proximum quodque membrum amplius et auctius. Alia binorum membrorum exempla sunt: C. 3. 24. 9—13., 17—20., 21—23., 4. 8. 13—16.

non celeres fugae
Reiectaeque retrorsum Hannibalis minae
Non incendia Karthaginis impiae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0007

Karthago epitheton habet, Hannibal non item; rursusque fugae epitheton habent, incendia non habent.

C. S. 32—35.: Condito mitis placidusque telo
Supplices audi pueros Apollo;
Siderum regina bicornis, audi,
Luna, puellas. — Epod. 1, 32., 7, 17—18.

C. 3. 27, 1—4., 30, 1—2., 27. 18—19., 4, 6. 31—32., 9, 35—36., 4, 14. 27.
Cum saevit (Aufidus) horrendamque cultis
Diluviem meditatur agris.

4, 2. 7. (velut amnis) fervet immensusque ruit profundo Pindarus ore (quod in unum verbum coartatum erat, altero membro dilatatur, ut iam auribus et oculis percipiatur, quod antea mente comprehendendum erat. Cuius amplificationis exempla minus artificiosa vide apud Dissen de poesi Tibulli p. 136. sq.).

Epod. 11, 27—28., 13, 13—14., 15, 17—18., 16, 3—6. Epod. 2, 40—54. A. P. 261—262. Epist. 2. 1, 252 sq., 257—259. Sat. 2. 6, 18—19., 2. 2, 25—26., 2. 2, 100—101., 2. 3, 143—144. Epist. 1. 1, 62—64., 10, 26—29., 19, 48—49.

Saepe alterum membrum in duas partes divisum est; quod comparari potest cum Alcaicae strophae verss. tertio et quarto, qui e duobus hendecasyllabi ordinibus ad iustum versuum modum creverunt.

Ternorum membrorum exempla praeter ea, quae supra posita sunt, reperies C. 1. 13, 9—12., 3. 25, 10—11.:
stupet Evias
Hebrum prospiciens et nive candidam
Thracen ac pede barbaro
Lustratam Rhodopen.

C. 27. 3, 13—15., 4. 3, 3—9., 4. 5, 25 sq., 9, 13—16., 14, 10 sq. Epod. 1, 11—14. Epist. 2. 2, 132 sq. S. 2. 5, 39—40. S. 2. 3, 227—230. Epist. 1. 15, 22—23., 16, 50—51., 18, 109—110. C. 4. 9, 40—43.

Membra primum et ultimum inter se similia sunt: C. 4. 15, 21—24.:
Non qui profundum Danubium bibunt
Edicta rumpent Iulia, non Getae
Non Seres infidique Persae
Non Tanain prope flumen orti

nisi quod Danubius appositum habet, Tanais non item, et Pannonii Vindelicique Danubium bibere, Scythae ad Tanain orti dicuntur.

A. P. 114—118.:
Intererit multum divusne loquatur an heros
Maturusne senex an adhuc florente iuventa
Fervidus, et matrona potens an sedula nutrix

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0008

Mercatorne vagus cultorne virentis agelli
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus, an Argis.

Si cum versu compares, dicas basin effici verbis divusne an heros, clausulam verbis Colchus — Argis, mediam partem reliquis, in quibus, quae forma similia sunt, matrona — nutrix, aliquid tamen varietatis habent per chiasmum, cetera autem membra ita comparata sunt, ut similitudo satietatem non afferat, cum modo florens adolescens per circumlocutionem adhuc florente iuventa fervidus dictus sit, modo pro adiectivis genitivi positi; cf. Epist. 1. 11, 1—3.

quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos,
quid concinna Samos, quid Croesi regia Sardis,
Smyrna quid et Colophon?

Duo membra duarum utrumque partium, et has ipsas in altero membro bipartito divisas copula et habes C. 1. 7, 10—14.

Me nec tam patiens Lacedaemon
Nec tam Larissae percussit campus opimae,
Quam domus Albuneae resonantis
Et praeceps Anio ac Tiburni lucus et uda
Mobilibus pomaria rivis.

In his primo versui respondet tertius et τὸ πενθημιμερὲς quarti, secundo hexametri reliqua pars cum quinto versu. Simplex ordo est in utraque parte priore, implicatus in prioris membri parte secunda et in clausula membri posterioris. Alterum denique membrum ita comparatum est, ut habeat aliquid chiasmi simile, conveniens sane Anieni aqua de celso scopulo effusa placidiorem lapsum subito interrumpenti, in clausula autem rivi imago quodammodo depicta est; cf. Epod. 16, 3—8. C. 1. 14, 17. 18.:

Nuper sollicitum quae mihi taedium
Nunc desiderium curaque non levis.

Contra est C. 4. 8. 13—20.: „quam Calabrae Pierides", quae contrariae ponuntur titulis ceterisque quae antecedunt.

Sed ne diutius immorer in his, quae nisi ad artem redacta persequi et inutile et lubricum est, revertar ad propositum describamque partes eius materiae, intra quam haec commentatio consistet. Instituam igitur eam ita, ut primum agam de iis locis, in quibus, cum bina aut terna aut plura substantiva inter se iuncta sint, aut singulis aut binis aut omnibus addita sint adiectiva. Deinde dicendum est, quemadmodum singula binave adiectiva, quae re ad bina substantiva referri possint, genere et casu ad singula accommodentur, ut Latina consuetudo saepe a nostro more discedat atque adiectivum ei substantivo apponatur, a cuius id ratione putes abhorrere. Tertio denique loco pauca comprehendam, quae ad collocandi rationem pertineant.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0009

# CAPUT I.

## Collecti sunt ii loci, ubi de binis aut ternis aut pluribus substantivis copula inter se iunctis aut singula aut bina aut omnia adiectiva habent.

### 1. De binis substantivis adiectivum priori additum est.

C. 1. 9, 15.: nec dulces amores sperne puer neque tu choreas. 18, 5.: quis gravem militiam aut pauperiem crepat. 21, 1 sq.: Dianam tenerae dicite virgines, intonsum pueri dicite Cynthium. 25, 12—15.: flagrans amor et libido saevit circa iecur ulcerosum. C. 2. 7, 23 sq.: Quis udo deproperare apio coronas curatve myrto? 8, 3.: Dente si nigro fieres vel uno turpior ungui (= si turpior fieres uno dente nigro vel uno ungui). 11, 6.: Levis iuventas et decor (fugit). 14, 7.: qui ter amplum Geryonen Tityonque (compescit). 15, 4.: platanusque caelebs evincet ulmos. 16, 21.: Scandit aeratas vitiosa naves Cura nec turmas equitum relinquit. 16, 29 sq.: Abstulit clarum cita mors Achillem, Longa Tithonum minuit senectus. 17, 3 sq.: mearum grande decus columenque rerum. 17, 15 sq.: sic potenti Iustitiae placitumque Parcis. C. 3. 1, 39 sq: neque decedit aerata triremi et post equitem sedet atra Cura. 4, 17 sq.: ut tuto ab atris corpore viperis dormirem et ursis. 9, 10.: (Chloë) dulces docta modos et citharae sciens. C. 4. 3, 19 sq.: mutis quoque piscibus donatura cycni — sonum. 6, 33 sq.: (Deliae tutela) fugaces Lyncas et cervos cohibentis arcu (Il. v. 458.). 7, 15.: quo dives Tullus et Ancus (deciderunt). 8, 15 — 17.: non celeres fugae | — Hannibalis — | non incendia Carthaginis impiae. 9, 51.: non ille pro caris amicis | aut patria timidus perire. 15, 17 sq.: non furor | civilis aut vis exiget otium. C. S. 34 sq.: supplices audi pueros Apollo | — audi | Luna puellas. 45 sq.: di probos mores docili iuventae, | di senectuti placidae quietem (date). Epod. 5, 19 sq.: uncta turpis ova ranae sanguine | plumamque nocturnae strigis. 6, 13 sq.: (cornua tollo) qualis Lycambae spretus infido gener | aut acer hostis Bupalo. 11, 4.: mollibus in pueris aut in puellis (urit me amor). 12, 12.: tenta cubilia tectaque rumpit. 25 sq.: ut pavet acres | agna lupos capreaeque leones. 17, 11 sq.: feris | alitibus atque canibus (addictum) Hectorem. S. 1. 4, 46.: Quod acer spiritus ac vis | nec verbis nec rebus inest. 58.: tempora certa modosque. 65.: Sulcius acer | ambulat et Caprius. 5, 16.: multa prolutus vappa nauta atque viator. 27.: Maecenas optimus atque | Cocceius. 6, 54 sq.: Optimus olim | Virgilius, post hunc Varius (dixere quid essem). 113.: Fallacem Circum vespertinumque pererro | saepe forum [Lambinus scribendum putabat vespertinus. Vespertinum ad utrumque substantivum referendum est]. 8, 50.: cum magno risuque iocoque. A. P. 400.: Sic honor — divinis vatibus atque | carminibus venit. 401.: insignis Homerus | Tyrtaeusque



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0010

S. 2. 4, 65.: Quod pingui miscere mero muriaque decebit. 81.: Vilibus in scopis, in mappis, in scobe | quantus consistit sumptus. | 5, 70 sq.: mulier si forte dolosa | libertusve senem delirum temperet. 99.: cum te servitio longo curaque levarit. 2, 11—13.: seu pila velox | — | seu te discus agit. S. 2. 3, 29.: in cor | Traiecto lateris miseri capitisve dolore. 78.: quisquis | ambitione mala aut argenti pallet amore. Epist. 1. 3, 33.: seu (vos) calidus sanguis seu rerum inscitia vexat. 7, 5.: dum ficus prima calorque | designatorem decorat lictoribus atris. 8, 9.: (quia) Fidis offendar medicis, irascar amicis. 17, 6.: si te grata quies et primam somnus in horam | delectat. 18, 4.: infido scurrae distabit amicus. 19, 48.: ludus enim genuit trepidum certamen et iram.

Nonnullis locis suum utrumque substantivum adiectivum habere videtur, ut C. 2. 8, 3. S. 1. 4, 113. Epod. 1. 19 sq., sed prioribus duobus locis adiectivum alterum, cum ad utrumque substantivum referendum sit, ad alterum accommodatum est, cuius rei infra plura ponentur exempla. Horatius enim saepe in disponendis adiectivis id secutus videtur, ne cum singulis substantivis, etiamsi id rei natura postularet, omnia apposita coniungeret, sed tanquam benignus et prudens dispensator ita faceret, ut ad omnia substantiva eius quae suppeteret copiae aliquid redundaret. Tertio autem loco nocturna et strix unam notionem efficiunt. Contra saepe adiectivum cum priore substantivo coniunctum ad alterum quoque pertinet, ut C. 4. 15. 17. C. 5. 34 sq. Epod. 11. 4., 12. 12. S. 1. 4. 58. ib. 65. 131., 1. 5. 15 sq., 1. 8. 50., 2 5. 70 sq. ib. 99., 2. 3. 29. ib. 78. Atque etiam hoc fit ut alia verba adiectivi munere fungantur, ut Epist. 1. 19. 48.: primam somnus in horam.

## 2. De binis substantivis adiectivum alteri cuique additum est.

C. 1. 1, 2.: O et praesidium et dulce decus meum. 2, 38.: quem iuvat clamor galeaeque leves. 3, 30.: macies et nova febrium | Terris incubuit cohors. 4, 6.: Iunctaeque Nymphis Gratiae decentes. 8, 15.: ne viriles | cultus in caedem et Lycias proriperet catervas. 9, 11.: nec cupressi | nec veteres agitantur orni. 12, 1 sq.: Quem — lyra vel acri | tibia sumis celebrare. 33 sq.: Romulum post hos prius an quietum | Pompili regnum (memorem dubito). 37 sq.: Scauros animaeque magnae | Prodigum Paullum 14, 13.: Iactes et genus et nomen inutile. 16, 4.: sive flamma sive mari libet Hadriano (modum ponere). 17, 20.: Penelopen vitreamque Circen. 21, 1 sq.: Dianam—dicite, | intonsum—dicite Cynthium. 11 sq.: Insignemque pharetra | fraternaque humerum lyra (tollite laudibus). 14.: a populo et principe Caesare. C. 1. 22, 19.: quod latus mundi nebulae malusque | Iuppiter urget. 31, 6.: non aurum aut ebur Indicum. 16.: cichorea levesque malvae. 34, 10.: Styx et invisi horrida Taenari | Sedes. C. 2. 2, 10 sq.: Libyam remotis | Gadibus iungas. 7, 9.: Philippos et celerem fugam | sensi. 9, 15 sq. (non) impubem parentes | Troilon aut Phrygiae sorores | flevere semper. 13, 17.: Sagittas et celerem fugam | Parthi 18.: Catenas Parthus et Ita-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0011

lum | Robur (perhorrescit). 39 sq.: Leones | aut timidos agitare lyncas. 14, 12.: sive reges sive inopes erimus coloni. 15, 10 sq.: non ita Romuli | praescriptum et intonsi Catonis auspiciis. 16, 23.: (cura) ocior cervis et agente nimbos | ocior Euro. 16, 33 sq.: Te greges centum Siculaeque circum | mugiunt vaccae (= in Sicilia). 17, 17 sq.: seu Libra seu me Scorpios adspicit | Formidolosus. 22.: Iovis impio | Tutela Saturno refulgens. 31.: reddere victimas | aedemque votivam. 18, 1 sq.: | non ebur neque aureum | lacunar. 19, 3 sq.: nymphas discentes (vidi) et aures | Capripedum Satyrorum acutas. 10.: vinique fontem, lactis et uberes | — rivos. 24.: leonis | unguibus horribilique mala. C. 3. 2, 5 sq.: sub divo et trepidis agat | in rebus (vitam). 15.: nec parcit (mors) imbellis iuventae | poplitibus timidoque tergo. 3, 9.: Pollux et vagus Hercules. 23.: Ilion — mihi | castaeque damnatum Minervae. 24.: cum populo et duce fraudulento. 56.: nebulae pluviique rores. 4, 47.: divosque mortalesque turbas. 51 sq.: opaco | Pelion imposuisse Olympo. 5, 3 sq.: adiectis Britannis | imperio gravibusque Persis. 7.: pro curia inversique mores! 11, 39 sq.: socerum et scelestas | falle sorores. 12, 9.: neque pugno | neque segni pede victus. 14, 9 sq.: virginum matres iuvenumque nuper | Sospitum. 26.: (animos) litium et rixae cupidos protervae. 15, 2—3.: nequitiae fige modum tuae | famosisque laboribus. 18, 2.: per meos fines et aprica rura. 19, 20.: pendet tacita fistula cum lyra. 20, 15 sq.: qualis aut Nireus fuit aut aquosa | raptus ab Ida. C. 3. 21, 14 sq.: sapientium | curas et arcanum iocoso | consilium retegis Lyaeo. 25, 10.: Hebrum prospiciens et nive candidam Thracen. 12 sq.: mihi | Ripas et vacuum nemus | mirari libet. 27, 61.: sive te rupes et acuta leto | saxa delectant. 69 sq.: abstineto | — irarum calidaeque rixae. 29, 38 sq.: non sine montium | Clamore vicinaeque silvae. 62 sq.: me — | tutum — | aura | feret geminusque Pollux. C. 4. 1, 22 sq.: lyraeque et Berecyntiae delectabere tibiae | mixtis carminibus. 2, 38.: Fata donavere bonique divi. 4, 5.: (Aquilam) iuventas et patrius vigor | — propulit. 63 sq.: Colchi | — Echioniaeque Thebae. 5, 18.: nutrit rura Ceres almaque Faustitas. 35 sq.: Graecia Castoris | Et magni memor Herculis. 6, 21.: (Iuppiter) tuis victus Venerisque gratae | vocibus. 39.: (Noctilucam) prosperam frugum celeremque pronos | volvere menses. 8, 7 sq. hic saxo, liquidis ille coloribus (sollers hominem ponere). 16.: non — fugae | — Hannibalis — | non incendia Carthaginis impiae. 9, 17.: (non) primus Teucer tela Cydonio | direxit arcu. 12, 11 sq.: (deum) cui pecus et nigri | colles Arcadiae placent. 14, 4.: per titulos memoresque fastos. 35 sq.: portus Alexandrea supplex | et vacuam patefacit aulam 39.: laudemque et optatum — | — decus. 44.: Italiae dominaeque Romae (tutela). 15, 12.: emovitque culpas et veteres revocavit artes. 15 sq.: (ad ortus) Solis ab Hesperio cubili. C. S. 1.: Phoebe silvarumque potens Diana. 19.: decreta super iugandis | feminis prolisque novae feraci | lege marita. 34 sq.: supplices audi pueros, Apollo, | siderum regina bicornis, audi, Luna, puellas. 66.: remque Romanam Latiumque felix. 67 sq.: alterum in lustrum meliusque semper | proroget aevum (scil. felicitatem Latii). Epod. 1. 11 sq.: per Alpium iuga | Inhospitalem et Caucasum. 2, 40.: domnm atque dulces liberos. Epod. 2. 41, 42.: Sabina

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0012

qualis aut perusta solibus | Pernicis uxor Apuli. 5, 2.: terram et humanum genus (regere). 15 sq.: Canidia — implicata viperis | crines et incomptum caput. 21 sq. quas (herbas) Iolcos atque Hiberia | mittit venenorum ferax. 8, 7.: incitat me pectus et mammae putres. 10, 5 sq.: Niger rudentes Eurus — | fractosque remos differat. 12, 5.: polypus an gravis hirsutis cubet hircus in alis. 7.: quis sudor victis et quam malus undique membris | crescit odor. 16, 19.: apris — et rapacibus lupis. 22.: Notus — aut protervus Africus. 59 sq.: non — Sidonii — nautae | Laboriosa nec cohors Ulixei (17, 16.: laboriosi remiges — Ulixei). S. 1. 1, 71.: tamquam parcere sacris cogeris aut pictis tanquam gaudere tabellis. 83.: natis carisque propinquis. 2, 6.: frigusque duramque famem propellere. 63.: in matrona, ancilla peccesve togata. 110.: aestus curasve graves. 5, 1.: egressum magna me excepit Aricia Roma. 4.: (Forum Appi) differtum nautis, cauponibus atque malignis. 36.: praetextam et latum clavum. 6, 9.: ante potestatem Tulli atque ignobile regnum. 126.: fugio Campum lusumque trigonem. 7, 12.: Inter Hectora Priamiden animosum atque inter Achillem. S. 1. 7, 16 sq.: Diomedi | cum Lycio Glauco (bellum incidit). 8, 17.: non tantum furesque feraeque suëtae | hunc vexare locum. 22.: quin ossa legant herbasque nocentes. 33, sq.: Hecaten vocat altera, saevam altera Tisiphonen. 34, sq.: serpentes atque videres | infernas errare canes. 42.: lupi herbam variae cum dente colubrae (abdere). 48.: Canidiae dentes, altum Saganae caliendrum | excidere videres. 10, 78 sq.: quod | vellicet absentem Demetrius, aut quod ineptus | Fannius me laedat. A. P. 32 sq.: et ungues | Exprimet et molles imitabitur aere capillos. 41.: nec facundia — nec lucidus ordo. 73.: res gestae regum — et tristia bella. 80.: socci — grandesque cothurni. 137.: Fortunam Priami cantabo et nobile bellum. 139.: parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. 223.: illecebris — et grata novitate. 237.: Davus — et audax | Pythias. 289.: nec virtute foret clarisve potentius armis. 295.: ingenium misera qnia fortunatius arte. 332.: (carmina) linenda cedro et levi servanda cupresso. 395.: saxa movere sono testudinis et prece blanda | ducere. 409.: Studium sine divite vena (C. 2. 18, 9.: ingeni benigna vena). 433.: derisor vero plus laudatore movetur. E. 2. 1, 21 sq.: quae terris semota suisque | Temporibus defuncta videt. 25.: (foedera) vel Gabiis vel cum rigidis aequata Sabinis. E. 2. 1, 109.: pueri patresque severi. 118.: hic error et levis haec insania (quantas virtutes habeat). 137.: impetrat et pacem et locupletem frugibus annum. 142.: Cum sociis operum (i. e.) pueris et coniuge fida. 156.: Graecia capta ferum victorem cepit et artes | intulit agresti Latio. 2, 120 sq.: Fundet opes Latiumque beabit divite lingua. 125.: nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur. 173.: nunc prece — nunc morte suprema. S. 2. 4, 3.: Pythagoram — doctumque Platona. 6, 17.: quid illustrem Satyris musaque pedestri. 116 sq.: me silva cavusque (tutus ab insidiis tenui solabitur ervo). 7, 54 sq.: prodis ex iudice Dama | Turpis 109 sq.: puer uvam | furtiva mutat strigili. 1, 72.: Virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli. 2, 21 sq.: (pinguem) — neque ostrea | nec poterit peregrina iuvare lagois. 2, 43 sq.: cum rapula plenus (sc. stomachus) atque acidas mavult inulas. 60 sq.: natales aliosque dierum | festos. 91 sq.: quod



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0013

hospes | — vitiatum (aprum) commodius quam (Integrum edax dominus comederet.) 109.: qui pluribus adsuerit mentem corpusque superbum. 3, 24.: hortos egregiasgiasque domos mercarier. 45.: haec populos, haec magnos formula reges (tenet). 79.: luxuria tristive superstitione (calere). S. 2. 3, 115.: si positis intus Chii veterisque Falerni | mille cadis. 125 seq.: ungere — caules oleo meliore |caputque — impexa faedum porrigine. 153 sq.: ni cibus atque | Ingens accedit stomacho fultura ruenti. E. 1. 1, 10.: versus et cetera ludicra pono. 83.: nullus in orbe sinus Baiis praelucet amoenis. 7, 75.: mane cliens et iam certus conviva. 8, 7.: mente minus validus quam corpore toto. 11, 4.: Cunctane prae campo et Tiberino flumine sordent? 17.: Rhodos et Mytilene pulchra (C. 1. 7, 1.: claram Rhodon aut Mytilenen). 14, 21.: Fornix tibi et uncta popina | incutiunt urbis desiderium. 15, 9.: Gabiosque petunt et frigida rura. 10.: mutandus locus est et deversoria nota | praeteragendus equus. 17, 52.: Brundusium — aut Surrentum — amoenum. 18, 102.: quid pure tranquillet, honos an dulce lucellum. 20, 3.: Odisti claves et grata sigilla pudico.

Huic quoque parti complures loci subiecti sunt, in quibus adiectivum ad utrumque substantivum referendum est, ut C. 1. 3, 20; 2. 13, 18; 2. 16, 33; 17, 31; 19, 10; ib. 24; 3. 2, 15; 5, 7; 11, 39; 14, 10; 21, 15; 27, 61; 4. 5, 18. Epod. 12. 5. etc. Excludi debet ab hoc numero C. 2. 17, 22.: ubi Iovis tutela est pro Iove tutelari, sive stella Iovis tutelari, et, si verba, non res spectatur, 2. 16, 33.: nam numerale centum pro adiectivo est; sed dubium non est, quin Siculae in priori substantivo audiendum sit. Habebat enim Grosphus greges et armenta in Sicilia. Quod C. 3. 20, 15. huc relatum est, in quo Nireus coniungitur cum rapto ab aquosa Ida, Ganymedes adiectivum habet, si non verbo, tamen re, id quod cadit in alios locos permultos. In nonnullis tamen fateor me mihi non constitisse, maximeque in numeralibus, participiis, patronymicis, gentilibus, ut A. P. 67. Epod. 16, 59 sq. S. 1. 7, 12. A. P. 73. E. 1. 1, 83. Et vero multi sudoris est, ne dicam acris iudicii, subtiliter in hisce rebus distinguere. Singulare est quod legitur S. 1. 10, 81—87. Nam vers. 81 — 85. de novem nominibus propriis Octavius solus optimus dicitur, et vers. 86. Furnius appellatur candide Furni, omnes autem, qui commemorati sunt, comprehenduntur vers. 87.: „Complures alios, doctos ego quos et amicos | prudens praetereo.“

### 3. Binorum substantivorum suum utrumque adiectivum habet.

C. 1. 3, 19 sq.: qui vidit mare turgidum et | Infames scopulos Acroceraunia 7, 9.: aptum dicit equis Argos ditesque Mycenas. 10, 15.: Thessalosque ignes et iniqua Troiae | castra fefellit. 12, 43.: Saeva paupertas et avitus apto | cum lare fundus. C. 1. 12, 9 sq.: rapidos morantem | fluminum lapsus celeresque ventos. 17, 8 sq.: nec virides metuunt colubras | nec Martiales Haediliae lupos. 22, 13 sq.: neque militaris | Daunias — | nec Iubae tellus — leonum arida nutrix.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0014

23, 9 sq.: tigris ut aspera | Gaetulusve leo. 25, 17 sq.: Laeta quod pubes hedera virenti | gaudeat pulla magis atque myrto. 15, 16.: thalamo graves | hastas et calami spicula Cnosii vitabis. 23.: Urgent impavidi te Salaminius | Teucer et Sthenelus sciens | pugnae. 17, 2 sq.: igneam | defendit aestatem capellis | — pluviosque ventos. 26, 10.: hunc fidibus novis, | hunc Lesbio sacrare plectro (Te decet). 28, 28 sq.: aequo | ab Iove Neptunoque sacri custode Tarenti. 32.: Debita iura vicesque superbae | te maneant. 32, 11.: Lycum nigris oculis nigroque | Crine decorum. 34, 7.: per purum tonantes | Egit equos volucremque currum. 9.: bruta tellus et vaga flumina. 35, 9.: Te Dacus asper, te profugi Scythae (metuunt). C. 2. 2, 21.: regnum et diadema tutum | deferens uni propriamque laurum. 3, 9.: pinus ingens albaque populus (Umbram hospitalem consociare amant, liebend, sive, in Liebe vereinigen). C. 2. 4, 15.: regium certe genus et Penates | Maeret iniquos. 18 sq.: (Crede non illam) sic fidelem, | sic lucro aversam potuisse nasci | matre pudenda. 5, 24.: (falleret hospites) discrimen obscurum solutis | crinibus ambiguoque vultu. 6, 17.: Ver ubi longum tepidasque praebet Iuppiter brumas. 7, 4.: Dis patriis Italoque caelo (te redonavit). 8, 22.: Senes parci miseraeque nuper | virgines nuptae (metuunt). 11, 1.: Bellicosus Cantaber et Scythes — Hadria divisus obiecto. 18, 35 sq.: Callidum Promethea (non revexit Charon), — superbum | Tantalum — coercet. C. 3. 1, 22 sq.: (Somnus) — non humiles domos | fastidit umbrosamque ripam. 2, 23.: Coetusque vulgares et udam | spernit humum (Virtus). 3, 31.: graves iras et invisum nepotem (redonabo Marti). 4, 35.: Pharetratos Gelonos | et Scythicum inviolatus amnem (visam). 69 sq.: Testis mearum centimanus Gyas | sententiarum, notus et integrae | Tentator Orion Dianae. 5, 41 sq.: Pudicae coniuges osculum | parvosque natos (a se removit Regulus). 55.: Tendens Venafranos in agros | aut Lacedaemonium tarentum. C. 3. 6, 14 sq.: (paene) delevit urbem Dacus et Aethiops, | hic classe formidatus, ille | missilibus melior sagittis. 21 sq.: Modos doceri gaudet Ionicos | matura virgo | — | et incestos amores | — meditatur. 8, 6.: voveram dulces epulas et album | Libero caprum. 11, 17 sq.: quamvis furiale — | muniant angues caput eius atque | Spiritus teter — manet ore trilingui. 15, 21.: (Tandem nequitiae fige modum tuae | famosisque laboribus). 23, 20.: farre pio et saliente mica. 24, 9 sq.: Campestres melius Scythae | quorum plaustra vagas rite trahunt domos | vivunt et rigidi Getae. 25.: impias | caedes et rabiem tollere civicam. 29, 43.: Cras vel atra | nube polum pater occupato | vel sole puro. C. 4. 6, 35.: Lesbium servate pedem meique | pollicis ictum. 9, 21 sq.: ferox | Hector vel acer Deiphobus. 13, 13 sq.: Nec Coae referunt iam tibi purpurae | nec clari lapides (tempora, quae etc.) 14, 49.: Te non paventis funera Galliae | Duraeque tellus audit Hiberiae. C. 5. 6.: Virginis lectas puerosque castos. 23.: ludos | ter die claros totiesque grata (nocte frequentes). Epod. 2, 23 sq.: iacere modo sub antiqua ilice | modo in tenaci gramine. Epod. 2, 35.: Pavidumque leporem et advenam laqueo gruem (captat). 5, 27 sq.: horret capillis ut marinus asperis | Echinus aut currens aper. 37.: Exsucta uti medulla et aridum iecur | amoris esset poculum. 43.: et otiosa credidit Neapolis | et omne vicinum oppidum. 6, 13 sq.: (cornua tollo) qualis Lycambae

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0015

spretus infido gener | aut acer hostis Bupalo. 7, 13.: furorne caecus, an rapit vis acrior? 11, 21.: ad non amicos heu mihi postes et heu | limina dura (ferebar). 25.: unde expedire (me) non amicorum queant | libera consilia nec contumeliae graves. 12, 7.: quis sudor vietis et quam malus undique membris | crescit odor. 16, 41.: beata | petamus arva divites et insulas. 17, 28 sq.: Sabella pectus increpare carmina | caputque Marsa dissilire nenia (credo). 49.: Tibi hospitale pectus et purae manus. S. 1. 1, 8.: horae | momento cita mors venit aut victoria laeta. 2, 81.: non magis huic — tenerum est femur aut crus | rectius. 102.: ne crure malo, ne sit pede turpi. 132.: discincta tunica fugiendum est ac pede nudo. 5, 14.: mali culices ranaeque palustres. 43.: o qui complexus et gaudia quanta fuerunt 6, 118.: Adstat echinus | vilis, cum patera guttus, Campana supellex. 9, 31.: hunc neque dira venena nec hosticus auferet ensis. S. 1. 9, 44.: (Maecenas est) paucorum hominum et mentis bene sanae. A. P. 1.: Humano capiti cervicem pictor equinam | iungere si velit vel varias inducere plumas. 36 sq.: naso vivere pravo | spectandum nigris oculis nigroque capillo. 66.: vicinas urbes alit et grave sentit aratrum. 84.: pugilem victorem et equum certamine primum. 198.: ille (sc. chorus) salubrem | Iustitiam legesque et apertis otia portis (laudet). 261 sq.: (Enni versus) aut operae celeris nimium curaque carentis | aut ignoratae premit artis crimine turpi. 27, 8 sq.: (Aeschylus) personae pallaeque repertor honestae | — modicis instravit pulpita tignis. 293.: (carmen quod non) multa dies et multa litura coërcuit. 423.: spondere levi pro paupere et eripere atris | litibus implicitum. 453.: mala quem scabies aut morbus regius urget. 454.: aut fanaticus error et iracunda Diana. Epist. 2. 1, 44.: vel mense brevi vel toto iunior anno. 102.: hoc paces habuere bonae ventique secundi. 132.: Castis cum pueris ignara puella mariti | disceret unde preces. 156 sq.: Graecia capta ferum victorem cepit et artes | intulit agresti Latio. 157 sq.: sic horridus ille | defluxit numerus Saturnius et grave virus | munditiae pepulere. Epist. 2. 1, 193.: captivum portatur ebur, captiva Corinthus. 195 sq.: seu | diversum confusa genus panthera camelo | sive elephas albus vulgi converteret ora. 202.: Garganum mugire putes nemus aut mare Tuscum. 2, 75.: hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus. 118.: nunc situs informis premit et deserta vetustas (sc. verba). 209.: nocturnos lemures portentaque Thessala rides? S. 2. 4, 9.: utpote res tenues tenui sermone peractas. 32.: Murice Baiano melior Lucrina peloris. 6, 18.: nec mala me ambitio perdet nec plumbeus Auster. 8, 51.: Erucas virides, inulas ego primus amaras monstravi incoquere. 76.: vir bonus et conviva comis. 1, 38 sq.: Sive quod Appula gens seu quod Lucania bellum | Incuteret violenta. 2, 45 sq.: nam vilibus ovis | nigrisque est oleis hodie locus. 49.: Intus erat rhombus tutoque ciconia nido. 57.: Quinquennes oleas est et silvestria corna. 88.: seu | dura valetudo incideret seu tarda senectus. 3, 59.: Hic fossa est ingens, hic rupes maxima. Epist. 1. 1, 43.: exiguum censum turpemque repulsam. 2, 27.: canis immundus vel amica luto sus. 5, 22.: ne turpe toral, ne sordida mappa corruget nares. Epist. 1. 7, 8.: officiosa sedulitas et opella forensis | adducit febres. 58.: gaudentem parvisque sodalibus et lare certo. 10, 26 sq.: non qui Sidonio contendere callidus ostro nescit Aquina-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0016

tem potantia vellera fucum. 14, 24 sq.: nec vicina subest vinum praebere taberna quae possit tibi nec meretrix tibicina. 32.: quem tenues decuere togae nitidique capilli. 16, 10.: (ilex) multa fruge pecus, multa dominum iuvet umbra. Epist. 1. 16, 3 sq. (quem) falsus honor iuvat et mendax infamia terret. 44.: sed videt hunc omnis domus et vicinia tota. 57.: Vir bonus omne forum quem spectat et omne tribunal. 17, 40.: Hic onus horret | ut parvis animis et parvo corpore maius. 18, 7.: quae se commendat tonsa cute, dentibus atris. 8.: Dum vult libertas dici mera veraque virtus. 21.: Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat. 54 sq.: saevam | militiam puer et Cantabrica bella tulisti. 74.: dominus pueri pulchri caraeve puellae. 103.: secretum iter et fallentis semita vitae. 9, 12.: Si quis vultu torvo ferus et pede nudo. 49.: Ira truces inimicitias et funebre bellum (genuit).

Inter partes superiores et tertiam medius quidam gradus est ab illarum utraque ad hanc transitum praebens, eorum locorum, in quibus vel idem adiectivum bis positum est, ut E. 1. 17, 40.: u t p a r v i s a n i m i s e t p a r v o c o r p o r e m a i u s, (cf. C. 1. 32, 11.: Lycum nigris oculis nigroque Crine decorum. S. 1. 6, 724 sq.: magni Quo pueri magnis et centurioribus orti (ibant). A. P. 36 sq.: (vivere spectandum) nigris oculis nigroque capillo. 293.: (Carmen quod non) multa dies et multa litura coërcuit. Epist. 2. 1, 118.: hic error — et levis haec insania. S. 2. 3, 184.: nudus agris, nudus nummis. E. 1. 16, 10.: multa fruge pecus, multa dominum iuvet umbra. 40.: (onus) parvis animis et parvo corpore maius. 40, 14.: infirmo capiti fluit utilis, utilis alvo. Cf. de repetitionis schematis Dissen de poesi Tibulli p. 151 et de anaphora Dillenburger ad Hor. C. 1. 22, 23. Adiectivorum repetitorum alia exempla haec sunt. C. 2. 13, 17.: Dura navis, Dura fugae mala, dura belli | (Sonare plectro). 16, 23.: Scandit aeratas — naves Cura — Ocior cervis et agente nimbos Ocior Euro. 3. 4, 21.: Vester, Camenae, vester in arduos Tollor Sabinos. 27, 49.: Impudens ligni patrios penates, Impudens Orcum moror. Epod. 5, 77.: Maius parabo, maius infundam tibi — poculum. S. 1. 2, 13.: dives agris, dives positis in fenore nummis. 6, 32.: quali Sit facie, sura, quali pede. S. 2. 4, 73 sq.: ego faecem primus et allec, Primus et invenior piper — circumposuisse. 7, 92.: Liber, Liber sum, dic age. 3, 322.: quae (sc. carmina) si quis sanus facit et sanus facies tu. Epist. 1. 1, 20.: ut nox longa quibus mentitur amica, diesque Longa videtur opus debentibus. 7, 33.: macra cavum repetes artum, quem macra subisti. C. 1. 15, 9.: heu heu quantus equis, quantus adest viris Sudor: quanta moves funera. 2, 25 sq.: Audax omnia perpeti Gens humana ruit — Audax Iapeti genus Ignem — gentibus intulit), vel singula adiectiva ad bina substantiva referenda sunt. Tertiae quidem parti ii tantum loci proprie subiici poterant, quibus bina substantiva adiectivorum varietate aut diversitate distinguuntur. Ratio autem ponendi omittendique *) adiectivi similis quaedam est atque variorum in re metrica

---

*) Alteri substantivo adiectivum saepe additum non est, si substantiva contraria sunt significatione (cf. Dissen de poesi Tibulli p. 130 sq.) C. 4. 3, 19.: o mutis quoque pi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0017

numerorum, a quibus in ipsa praefatione ad illarum rerum similitudinem quaedam sumsi. Comparari enim potest varietas adiectivorum cum substantivis coniungendorum cum varietate pedum metricorum, ut cum de binis substantivis alterum substantivum adiectivum habet, alterum non item, id aut quasi quendam rhetoricum iambum, aut trochaeum efficiat, et cum binis substantivis singula adiectiva addita sunt, quasi quidam spondeus existat. Eademque ratione dici possunt cretici, ac deinceps reliqui pedes. Quod quidem nihil dubitationis haberet, si constaret, Horatium non plus quaterna adiectiva et substantiva coniunxisse; de membris enuntiatorum, quae vel pari inter se sunt magnitudine, vel ita comparata ut proximis quibusque aut accrescat aliquid aut deminuatur, simili adiectivis lege, supra in praefatione pauca dicta sunt.

### 4. De ternis substantivis primum adiectivo ornatum est.

S. 2. 4, 81.: Vilibus in scopis, in mappis, in scobe (quantus | consistit sumptus). — Ut hic vilibus, primam versus sedem tenens, quamquam uni voci adiectum est, tamen ad reliquas quoque pertinet, ita A. P. 198.: ille salubrem | iustitiam legesque et apertis otia portis, appositum loco maxime illustri positum tria sequentis versus substantiva omnia vi sua impertit.

### 5. De ternis substantivis alterum adiectivum habet.

C. 2. 20, 21 sq.: Absint inani funere neniae | Luctusque turpes et querimoniae. C. 3. 28, 13 sq.: quae Cnidon | Fulgentesque tenet Cycladas et Paphon | — visit. C. S. 53 sq.: Iam manus potentes | Medus Albanasque timet secures, | Iam Scythae responsa petunt superbi | Nuper et Indi. S. 1. 6, 131.: (Si) quaestor avus pater atque meus patruusque fuisset. E. 1. 17, 53.: qui queritur salebras et acerbum frigus et imbres.

### 6. De ternis substantivis tertium adiectivum habet.

C. 2. 3, 13.: huc vina et unguenta et nimium breves | Flores amoenae ferre iube rosae. C. 2. 4, 21.: brachia et vultum teretesque suras | integer laudo.

---

scibus donatura cycni — sonum. 2. 14, 12.: sive reges sive inopes erimus coloni. 1. 35, 4.: superbos vertere funeribus triumphos. 4. 5, 22.: Mos et lex maculosum edomuit nefas. 8, 7.: Hic saxo liquidis ille coloribus. S. 1. 2, 63.: quid interest in matrona, ancilla peccesne togata. 5, 1.: Egressum magna me excepit Aricia Roma. A. P. 80.: Socci — grandesque cothurni. 109.: aut impellit ad iram, aut ad humum maerore gravi deducit. Epist. 2. 1, 109.: pueri patresque severi. 156.: Graecia — artes intulit agresti Latio. A. P. 433.: derisor vero plus laudatore movetur. E. 1. 12, 20.: Empedocles an Stertinium deliret acumen. 18, 4.: infido scurrae distabit amicus. S. 2. 1, 72.: Virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli. Interdum altero adiectivo indicatur, quod altero substantivo efficitur. A. P. 289.: nec virtute foret clarisve potentius armis (sc. Latium); interdum caussa eius, quod verbo praedicatur: Epist. 1. 1, 83.: Nullus in orbe sinus Baiis praelucet amoenis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0018

14, 21.: Linquenda tellus et domus et placens | uxor. 3. 24, 48.: Gemmas et lapides | aurum et inutile (in mare mittere.) 4. 2, 23.: vires| animumque moresque | aureos educit in astra. 4, 54 sq.: sacra | natosque maturosque patres. 13, 17 sq.: quo fugit venus, quove color? decens | quo motus. 14, 33 sq.: Te copias, te consilium et tuos | praebente divos. 15, 22 sq.: non Getae | non Seres infidique Persae (sed si assumseris vers. 21 et 24. quinque substantiva coniuncta habebis). Ep. 1. 17, 17.: tunc mens et sonus | Relapsus atque notus in vultus honor. S. 1. 9, 32.: nec laterum dolor aut tussis, nec tarda podagra. E. 1. 18, 112.: det (Iuppiter) vitam, det opes | aequum mi animum ipse parabo. E. 1. 7, 94.: te per Genium dextramque deosque Penates | obsecro. (cf. Dissen de poesi Tibulli p. 165. 171.)

### 7. De ternis substantivis tertium adiectivum non habet.

C. 3. 11, 17—19.: quamvis centum | muniant angues caput — atque | spiritus teter saniesque manet | ore. Epod. 10. 16 sq.: Tibique (instant) pallor luteus | et illa non virilis eiulatio | preces et aversum ad Iovem.

### 8. De ternis substantivis primum et tertium adiectiva habent.

C. 1. 14, 17.: nuper sollicitum quae mihi taedium | nunc desiderium curaque non levis. 22, 2 sq.: non eget Mauris iaculis neque arcu | nec venenatis gravida sagittis | — pharetra. 3. 4, 14 sq.: (qui) celsae nidum Acherontiae | saltusque Bantinos et arvum | pingue tenent humilis Forenti. 29, 17.: Iam clarus occultum Andromedae pater | ostendit ignem, iam Procyon furit | et stella vesani leonis. S. 1. 6, 32.: quali | sit facie, sura, quali pede. 64.: non patre praeclaro, sed vita et pectore puro. 2. 2, 97.: (adde) iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum. C. 1. 21, 6 sq.: quaecunque (sc. coma) aut gelido prominet Algido | nigris aut Erymanthi | silvis aut viridis Cragi. S. 2. 2, 121 sq.: pensilis uva secundas | et nux ornabat mensas cum duplice fico. C. 1. 12, 5.: aut in umbrosis Heliconis oris | aut super Pjndo, gelidove in Haemo.

### 9. De ternis substantivis alterum et tertium adiectiva habent.

C. 1. 36, 15 sq.: Neu desint epulis rosae | neu vivax apium neu breve lilium. 24, 6.: Pudor et (Iustitiae soror) Incorrupta Fides nudaque Veritas. 3. 6, 35.: Pyrrhum et ingentem cecidit | Antiochum Hannibalemque dirum. 23, 3 sq.: si ture placaris et horna | fruge deos avidaque porca. S. 1. 4, 43.: Ingenium



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0019

cui sit, cui mens divinior atque os | magna sonaturum. 8, 39.: Iulius et fragilis Pediatia furque Voranus. A. P. 114 sq.: Intererit multum divesne loquatur an heros | maturusne senex an adhuc florente iuventa | fervidus et matrona potens an sedula nutrix. Epist. 2. 1, 187.: Verum equitis — migravit ab aure voluptas | omnis ad incertos oculos et gaudia vana. 1. 16, 50 sq.: metuit foveam lupus accipiterque | suspectos laqueos et apertum miluus hamum.

### 10. Ternorum substantivorum suum quodque adiectivum habet.

C. 3. 4, 22 sq.: Seu mihi frigidum | Praeneste seu Tibur supinum, seu liquidae placuere Baiae. Epod. 2. 49 sq.: non me Lucrina iuverint conchylia | — | non Afra avis descendat in ventrem meum | non attagen Ionicus. S. 1. 4, 131 sq.: Fortassis et istinc | Largiter abstulerit longa aetas, liber amicus, | consilium proprium. 1. 2, 89.: quod pulchrae clunes, breve quod caput, ardua cervix. Epist. 1. 1, 20 sq.: ut nox longa quibus mentitur amica diesque | longa videtur opus debentibus, ut piger annus. 7, 26.: reddes | forte latus, nigros angusta fronte capillos. 19, 12 sq.: Si quis voltu torvo ferus et pede nudo | exiguaeque togae simulet textore Catonem. C. 1. 3, 12 sq.: nec timuit praecipitem Africum | — nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti. A. P. 374 sq.: ut gratas inter mensas symphonia discors | et crassum unguentum et Sardo cum melle papaver | offendunt. S. 1. 8, 23 sq.: Vidi egomet nigra succinctam vadere palla | Canidiam pedibus nudis passoque capillo. C. 3. 4, 58.: hinc avidus stetit | Vulcanus, hinc matrona Iuno et (sequuntur multa epitheta. Cf. Plato de republ. p. 394. Catull. 35, 21. ibique interpretes, qui nituntur auctoritate Spanhemii ad Callimach. Hymn. in Dianam vers. 7.) Apollo. S. 1. 6, 118.: Adstat echinus | vilis cum patera guttus Campana supellex. A. P. 198 sq.: ille dapes laudet mensae brevis, ille salubrem | — Iustitiam legesque et apertis otia portis (iustitia legesque unam notionem efficiunt; ablativi apertis portis epitheti vim habent.) C. 3. 23, 5 sq.: nec pestilentem sentiet Africum | fecunda vitis nec sterilem seges | robiginem aut dulces alumni | pomifero grave tempus anno.

### 11. De quaternis substantivis alterum adiectivum habet.

Ep. 1. 6, 17.: I nunc argentum et marmor vetus aeraque et artes | suspice.

### 12. De quaternis substantivis quartum adiectivo ornatum est.

C. 3. 5, 10.: anciliorum et nominis et togae | oblitus aeternaeque Vestae (cf. Orellii adn.)

### 13. De quaternis substantivis primum et quartum adiectiva habent.

C. 4. 14, 41.: Te Cantaber non ante domabilis | Medusque et Indus, te profugus Scythes | miratur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0020

### 14. De quaternis substantivis tertium et quartum adiectivis ornata sunt.

C. 4. 9, 6.: (Non) Pindaricae latent | Ceaeque et Alcaei minaces | Stesichorique graves Camenae. C. 4. 14, 46.: sc. Te — (audit) Nilusque et Ister, te rapidus Tigris, | te beluosus qui remotis | obstrepit Oceanus Britannis. C. S. 57.: Iam Fides et Pax et Honos Pudorque | priscus et neglecta redire Virtus | audet. E. 2. 2, 59.: Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis, | ille Bioneis sermonibus et sale nigro (Sed Bionei sermones cum sale nigro unam notionem efficiunt.)

### 15. De quaternis substantivis primum et secundum adiectiva habent.

S. 2. 3, 57 sq.: amica | mater, honesta soror cum cognatis pater, uxor.

### 16. De quaternis substantivis tertium adiectivum non habet.

C. 3. 4, 46.: terram inertem — mare ventosum — et urbes regnaque tristia (temperat). 1. 12, 5 sq.: in umbrosis Heliconis oris | aut super Pindo, gelidove in Haemo.

### 17. Quaternorum aut plurium substantivorum suum quodque adiectivum habet.

A. P. 84 sq.: pugilem victorem et equum certamine primum | et iuvenum curas et libera vina referre. S. 2. 6, 18 sq.: nec mala me ambitio perdit nec plumbeus Auster | Auctumnusque gravis Libitinae quaestus acerbae. C. 1. 16, 9.: quas (iras) neque Noricus | deterret ensis nec mare naufragum | nec saevus ignis, nec tremendo | Iuppiter ipse ruens tumultu.

Quina substantiva coniuncta sunt C. 3. 4, 53 sq.: quid Tiphoeus et validus Mimas | aut quid minaci Porphyrion statu, | quid Rhoetus evulsisque truncis | Enceladus iaculator audax — possunt? S. 2. 3, 58.: Clamet amica | mater, honesta soror cum cognatis, pater, uxor. C. 1. 31, 3 sq.: non opimae | Sardiniae segetes feraces, | non aestuosae grata Calabriae | armenta, non aurum aut ebur Indicum, | non rura quae Liris quieta | mordet aqua taciturnus amnis. Sed altero loco quatuor substantiva nominativo casu posita sunt, cognati cum sorore iuncti prope pro uno verbo sunt. De reliquis duobus exemplis primum e tribus membris constat, tertium e quatuor.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0021

# CAPUT II.

Deinceps ut propositum est, illud exemplis illustrandum est, quod saepe fit, ut singula binave adiectiva, cum ad bina substantiva referri debeant, genere et casu ad singula accommodentur. Et primum quidem singula adiectiva cum binorum substantivorum uno eodemque casu positorum aut priore aut posteriore coniunguntur. Deinde adiectivum, si substantivorum ratio grammatica ea est, ut vel alterum ab altero pendeat, vel alterum subiectum sit, alterum obiectum, quod in arte dicitur, vel aliquid sit discriminis, a suo substantivo divulsum cum altero iungitur. Denique bina adiectiva cum binis substantivis, copula inter se iunctis, cum ad utrumque pariter pertineant, ita disponuntur, ut suum utrumque substantivum adiectivum habeat.

1) *) C. 1. 2, 1.: satis terris nivis atque dirae | grandinis misit. C. 1. 2, 35.: neglectum genus et nepotes. 3, 9.: robur et aes triplex. 5, 56.: quoties fidem | mutatosque deos flebit. 14, 13.: Iactes et genus et nomen inutile. 17, 27.: hae-

---

*) Comparari debent cum hac parte ii loci, quibus vel nomina, vel verba, vel particulae semel et in medio fere posita ad bina vel verba vel membra pertinent (cf. Dissen ad Tibull. 1. 5. 34.) C. 3. 11, 5.: nec loquax olim neque grata. S. 1. 3, 135.: urgeris turba circum te stante miserque | rumperis. (Dissen de poesi Tibulli p. 165.) E. 2. 1, 25.: Vel Gabiis vel cum rigidis — Sabinis. E. 2. 2, 47.: civilisque rudem belli tulit aestus in arma. S. 1. 2, 63.: quid interest, in matrona ancilla peccesne togata. 3, 125.: (Sapiens) sutor bonus et solus formosus et est rex (cf. 1. 6, 131.: si quaestor avus pater atque meus patruusque fuisset. Ep. 1. 6, 17.: argentum et marmor vetus aeraque et artes). S. 2. 8. 16.: Albanum sive Falernum te magis delectat. (Sophocl. Electr. 1404.: οὐκ ᾤκτειρεθ᾽ οὗτος, οὔθ᾽ ὁ πατὴρ (οὔθ᾽ οὗτος, οὔθ᾽ ὁ π. Hermann). S. 1. 1, 101.: ut vivam Maenius? aut sic | ut Nomentanus. C. 1. 14, 16.: nisi ventis debes ludibrium cave. Dillbg. cl. 1. 3, 6: finibus Atticis. A. P. 395.: Saxa movere sono testudinis et prece blanda | ducere. S. 1. 1, 88.: At si cognatos nullo natura labore | quos tibi dat retinere velis servareque amicos (sc. nullo labore. Dill.) infelix operam perdas. C. 1. 16, 5.: Non Dindymene, non adytis quatit | mentem sacerdotum incola Pythius. (Sophocl. Antig. 1134. (55) Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος· δόμων ad Κάδμου quoque referendum. Wdr.). S. 1. 5, 33.: ad unguem | factus homo non ut magis alter. A. P. 347.: nam neque chorda sonum reddit, quem volt manus et mens — nec semper feriet quodcunque minabitur arcus. C. 3. 25, 2.: quae nemora aut quos agor in specus. S. 1. 8, 30.: Lanea et effigies erat, altera cerea. C. 1. 31, 9.: Premant Calena falce quibus dedit | Fortuna vitem. Dillbg. cl. C. 2. 11, 11.: quid aeternis minorem consiliis animum fatigas. 3. 8, 19.: Medus infestus sibi luctuosis | dissidet armis. Et quod in singulis verbis fit, idem cadit in sententias, habentque aliquid inter se simile haec: furesque feraeque suetae ex Hunc vocare locum et: Seu pila velox Molliter austerum studio fallente laborem, seu te discus agit, pete cedentem aera disco. Cf. C. 2. 11, 1 sq.: Quid bellicosus Cantaber et Scythes, — cogitet Hadria Divisus obiecto. („alterum mare obstare Cantabris haud difficulter intelligitur.“ Dillbg.) S. 2. 2, 11 sq.: duo si discordia vexet inertes, Aut si disparibus bellum incidat, ut Diomedi | Cum Lycio Glauco, discedat pigrior. cf. S. 1. 6, 22. et Dillenburger ad C. 1. 35, 13. Quaest. Horat. p. 27 sq. p. 100 sq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0022

rentem coronam | crinibus immeritamque vestem (scindere). 18, 5.: quis — gravem militiam aut pauperiem crepat? 22, 19.: quod latus mundi nebulae malusque Iuppiter urget. 25. 12 — 15.: Cum tibi flagrans amor et libido — saeviet circa iecur. 31, 16.: cichorea levesque malvae. 33, 10.: impares | formas atque animos sub iuga aenea | mittere. 2. 2, 21.: regnum et diadema tutum | deferens uni 6, 21.: ille locus et beatae — arces. (Dillbg.) 8, 3.: Dente si nigro fieres vel uno turpior ungui. 9, 15.: (non) impubem parentes | Troilon aut Phrygiae sorores | flevere semper. 11, 6.: Levis iuventas et decor (fugit). 20, 22.: luctusque turpes et querimoniae. 3. 2, 15.: nec parcit (mors) imbellis iuventae | poplitibus timidoque tergo. 4, 17.: tuto ab atris corpore viperis | dormirem et ursis. 25.: Vestris amicum fontibus et choris | non me — | — exstinxit — | Palinurus 8, 15.: procul omnis esto | clamor et ira. 11, 13.: Tu potes tigres comitesque silvas | ducere. cf. 2. 7, 25. C. 3. 11, 19.: Spiritus teter saniesque. 14, 10.: virginum matres iuvenumque nuper | sospitum. (Dillbg.) 15, 2—3.: Nequitiae fige modum tuae, famosisque laboribus. 19, 20.: pendet tacita fistula cum lyra. 24, 3.: Caementis licet occupes | Tyrrhenum omne tuis et mare Apulicum. 12.: (Getae) immetata quibus iugera liberas | fruges et Cererem ferunt. 48.: gemmas et lapides, aurum et inutile. 27, 70.: Abstineto | — irarum calidaeque rixae. 29, 39.: non sine montium | clamore vicinaeque silvae. 4. 2, 22.: vires animumque moresque | aureos educit in astra. 5, 36.: uti Graecia Castoris | et magni memor Herculis. 8, 1.: Donarem pateras grataque commodus | — meis aera sodalibus. 14, 4.: per titulos memoresque fastos. 33.: Te copias, te consilium et tuos praebente divos (cf. vs. 9. tuo milite). 39.: Laudemque et optatum peractis | imperiis decus arrogavit. 15, 27.: cum prole matronisque nostris. C. S. 31.: nutriant fetus et aquae salubres | et Iovis aurae (Dillbg.) 57.: Iam Fides et Pax et Honos Pudorque | priscus redire | audet. C. S. 66.: remque Romanam Latiumque felix | alterum in lustrum meliusque semper | proroget aevum (cf. Orell. Dill.) Epod. 5. 15, 16.: Canidia brevibus implicata viperis | crines et incomptum caput. 21, 22.: quas (herbas) Iolcos atque Hiberia | mittit venenorum ferax. 67.: nec herba nec latens in asperis | radix fefellit me locis. 7. 11 — 12.: neque hic lupis mos fuit nec leonibus | — nisi in dispar feris. (Orell. aliter Dillbg. et Bentl.) 8, 7.: incitat me pectus et mammae putres | equina quales ubera. (Lambin.) 10, 5.: Niger rudentes Eurus — | fractosque remos differat. 12, 25 sq.: ut pavet acres | agna lupos capreaeque leones. 15, 7.: dum pecori lupus et nautis infestus Orion | turbaret hibernum mare. 19.: Sis pecore et multa dives tellure licebit. 16, 19.: Agros atque Lares patrios (profugit Phocaeorum civitas.) 17, 11 sq.: feris | alitibus atque canibus (addictum) Hectorem. S. 1. 1, 83.: (te medicus) natis reddit carisque propinquis. (vide Cic. Tuscul. 1, 12. Klotz.) 85.: omnes vicini (te oderunt), noti. 2, 6.: frigusque duramque famem propellere possit. 56.: patrium mimae donat fundumque laremque. 110.: aestus curasque graves (e pectore pellere). 3, 78.: (cur non) ponderibus modulisque suis ratio utitur. 130.: (Hermogenes) — cantor atque | optimus est modulator. 4, 46.: quod acer spiritus ac vis | nec verbis nec rebus (comoediae) inest. 71.: nulla taberna meos habeat neque

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0023

pila libellos. 117 sq.: tuamque | dum custodis eges, vitam famamque tueri incolumem possum. S. 1. 4, 120.: membra animumque tuum. 5, 104.: Brundusium longae finis chartaeque viaeque est. 6, 54.: optimus olim | Virgilius, post hunc Varius dixere quid essem. 64.: non patre praeclaro sed vita et pectore puro (secernis turpi honestum.) 82.: Pudicum (me) servavit ab omni | non solum facto, verum opprobrio quoque turpi. 88.: at hoc nunc | laus illi debetur et a me gratia maior. 131.: (si) quaestor avus, pater atque meus patruusque fuisset. 7, 3.: omnibus et lippis notum et tonsoribus esse (puto). A. P. 166.: aetas animusque virilis. 174.: castigator censorque minorum. 198.: ille (chorus) salubrem | iustitiam legesque et apertis otia portis (sc. laudet.) 270.: vestri proavi Plautinos et numeros et | laudavere sales. 278.: (Aeschylus) personae pallaeque repertor honestae. 369 sq.: consultus iuris et actor | causarum mediocris. 393.: lenire tigres rapidosque leones. 400.: Sic honor et nomen divinis vatibus atque | carminibus venit. Ep. 2. 50 sq.: inopemque paterni | et laris et fundi. S. 2. 4, 3.: Pythagoran — doctumque Platona. 81 sq.: Vilibus in scopis, in mappis, in scope quantus | consistit sumptus. S. 2. 4, 85.: (oblitus es) quanto curam sumptumque minorem | haec habeant. 6, 71.: de villis domibusque alienis |(sermo non oritur). 102 sq.: tibi ingens | virtus atque animus coenis responsat opimis? 7, 7 sq.: acria circum | rapula, lactucae, | qualia lassum | pervellunt stomachum. 2, 4.: inter lances mensasque nitentes. 42.: Putet aper rhombusque recens. 3, 115.: positis intus Chii veterisque Falerni | mille cadis (?). 271.: insanire — certa ratione modoque. Ep. 1. 1, 17.: virtutis verae custos rigidusque satelles. 33.: Fervet avaritia miseroque cupidine pectus. 41.: virtus est vitium fugere et sapientia prima | Stultitia caruisse (Dillbg.) 64.: et maribus Curiis et decantata Camillis (nenia). 2, 8.: stultorum regum et populorum continet aestus (fabula Paridis). 36.: intendes animum studiis et rebus honestis. 3, 11.: fastidire lacus et rivos — apertos. 6, 6.: (munera) maris extremos Arabas ditantis et Indos. 17.: I nunc, argentum et marmor vetus aeraque et artes | suspice. 7, 7.: dum pueris omnis pater et matercula pallet. 84.: sulcos et vineta crepat mera. 97.: Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. 12, 5 sq.: Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis. 14.: inter scabiem tantam et contagia lucri. 14, 38.: (Nemo me) odio obscuro morsuque venenat. 43.: Optat ephippia bos, piger optat arare caballus (Dillbg.) Ep. 1. 15, 20.: in venas animumque meum. 22.: Tractus uter plures lepores, uter educet apros. 17, 56.: (uti) nulla fides damnis verisque doloribus adsit. 18, 32 sq.: beatus enim iam | sumet nova consilia et spes. 72.: non ancilla tuum iecur ulceret ulla puerve. 19, 33.: ingenuis oculisque legi manibusque teneri. 20, 3.: odisti claves et grata sigilla pudico.

Adiectivum cum altero substantivo iunctum in medio positum est post particulas et, nec etc. C. I. 2 1., 5, 5 sq., 17 27., 22 19., 31 16.; II. 8 3., 9 15.; III. 2 15., 11 13., 15, 2 sq., 27 70., 29 39.; IV. 5 36., 8 1., 14 4., 14 33., 14 39.; Epod. 5. 15 sq., 67., 10. 5., 15. 7., 19.; S. I. 1. 83., 2. 6., 3. 130., 6. 131., A. P. 393; S. II. 4. 3., 3. 115.; Epist. I. 1. 17., 33., 6. 17., 17. 56., 20. 3.; quem positum solutam orationem respuere non recte negat Klotz Tuscl. 1, 12. Se-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0024

mel inter substantiva ἀσυνϑέτως posita Epist. 1. 14, 43. Si duo substantiva per figuram ἓν διὰ δυοῖν pro substantivo cum adiectivo aut genitivo usurpantur, adiectivum cum utrolibet iungi potest, quod idem infra in substantivis cum genitivo iunctis demonstrabitur. Quamquam quod Cicero in oratione artificiose struenda praecipit, ut inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam et iudicio dispensentur et componantur, transferri debet ad hanc collocandi rationem, de qua quaerimus. Exempla autem illius figurae haec sunt: C. 2. 7, 9. Philippos et celerem fugam sensi (cf. 1. 10, 13 sq.: Atridas et iniqua Troiae castra fefellit, die Atriden im Lager). S. 1. 6, 126.: fugio campum lusumque trigonem. C. 1. 1, 16.: Mercator otium et oppidi laudat rura sui. C. 2. 13, 17.: Miles sagittas et celerem fugam Parthi (timet). 2. 16, 33.: te greges centum Siculaeque circum Mugiunt (?). Epod. 5. 16.: Crines et incomptum caput. C. 3. 3, 31.: graves iras et invisum nepotem—Marti redonabo. C. 1. 3, 30.: macies et nova febrium — cohors. 3. 5, 7.: pro curia inversique mores (Mitscherl.) 3. 8, 16.: procul omnis esto Clamor et ira. 3. 18, 2.: per meos fines et aprica rura. C. S. 18.: decreta super iugandis Feminis prolisque novae feraci Lege Marita. S. 1. 6, 9.: ante potestatem Tulli atque ignobile regnum. Epist. 1. 18, 54.: saevam militiam — et Cantabrica bella tulisti. C. 3. 24, 12.: iugera liberas Fruges et Cerem ferunt. E. 1. 2, 36.: intendas animum studiis et rebus honestis. C. 1. 11, 6.: fugit retro Levis Iuventas et decor. C. 1. 35, 33.: Eheu cicatricum et sceleris pudet Fratrumque. C. 3. 4, 4.: Fidibus citharaeque Phoebi. Lübker. 3. 4, 43.: Scimus ut impios Titanas immanemque turbam | Fulmine sustulerit caduco. S. 2. 6, 17.: Quid prius illustrem satiris Musaque pedestri. 65.: o noctes coenaeque deum. C. 3. 24, 22.: Virtus et — castitas. Dillbg. cl. vs. 46. cf. Westerh. ad Ter. Hec. 3. 3, 44. Andr. 1. 1, 108. Wagner. Quaest. Virg. 33. (de appositione et epexegesi) et 34. Kuniss. ad Cic. de Orat. 1. §. 81. Wunder. ad Cic. Planc. §. 45.: suffragia largitione devincta severitatem senatus et bonorum omnium vim ac dolorem excitarunt („(non) usurpaturum Ciceronem fuisse puto (hoc rarum dicendi genus, vim bonorum excitarunt) si non adiectum verbum doloris esset)." Catull. 64, 85.: magnanimum ad Minoa venit sedesque superbas.

2) Quod secundo loco posui, id maxime fit, si alterum substantivum aut ex altero pendet aut a verbo, quod proprie dicitur. Itaque primum de coniunctione substantivi cum genitivo agam, simul omnis in ea collocationis varietatem comprehendens, cuius duodecim modi et esse possunt et sunt. Primo modo genitivus ponitur inter substantivum et eius adiectivum, quod his notis significo: SGA., qua eadem brevitate in reliquis undecim modis utar, omissa notarum interpretatione.

SGA. C. 1. 15, 8.: Regnum Priami vetus. 2. 14, 15.: tectaque Penthei disiecta. 19, 22.: Cohors Gigantum — impia. 31. 37.: dominus terrae fastidiosus. 3. 4, 65.: Vis consili expers. 6, 46.: aetas parentum peior avis. 8, 3.: acerra turis plena. C. 4. 4, 1.: ministrum fulminis alitem. Epod. 4. 17 sq.: ora navium — rostrata. S. 2. 6, 1.: modus agri magnus. 7, 75 sq.: rerum imperiis hominumque tot tantisque. 8, 15.: Chium maris expers.

SGA. C. 1. 7, 12.: domus Albuneae resonantis. 3. 16, 30.: silva iugerum paucorum. 4. 14, 26.: regna Dauni — Apuli. 4. 1, 15.: signa — militiae tuae. 11, 15.: mensem Veneris marinae. Epod. 2. 57.: herba lapathi prata amantis. 11. 27.: ardor —

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0025

puellae candidae. S. 1. 3, 14.: concha salis puri. A. P. 142.: mores hominum multorum. 173.: laudator temporis acti. 198.: dapes — mensae brevis. Epist. 2. 2, 110.: animum censoris — honesti. S. 2. 8. 88.: jecur anseris albae. 3, 304.: caput — gnati infelicis. Epist. 1. 9, 9.: dissimulator — opis propriae. 15, 38.: quidquid praedae maioris. 18, 41.: gratia — fratrum geminorum. 74.: dominus pueri pulchri.

SAG. C. 1. 19, 1.: mater saeva Cupidinum. 13, 23.: sedesque discretas piorum. 3. 4, 16.: arvum pingue — Tarenti. 61.: rore puro — Castaliae. 5, 13.: mens provida — Reguli. 3. 15, 15.: flos purpureus rosae. 4. 7, 19.: manus avidas heredis. 14, 43.: tutela praesens Italiae. S. 1. 2, 32.: sententia diva Catonis. A. P. 322.: versus inopes rerum. Epist. 2. 1, 126.: os tenerum pueri. 2, 102.: gens irritabile vatum. S. 2. 3, 243.: par nobile fratrum. Ep. 1. 1, 51.: condicio dulcis sine pulvere palmae (ita iungendum esse puto, ne cum verba sine pulvere adiectivi vice fungantur, palma duo adiectiva habeat; de caesura cf. A. P. 395.: Saxa movere sono testudinis et prece blanda ducere.) 6, 45.: milia quinque — chlamydum. 10, 49.: fanum putre Vacunae. 16, 79.: ultima linea rerum.

SAG. C. 1. 22, 21.: curru nimium propinqui Solis. 37, 19.: campis nivalis Haemoniae. 2. 4, 6.: Forma captivae — Tecmessae. 3. 3, 4.: vultus instantis tyranni. 3. 7, 30.: cantu querulae tibiae. 8, 27.: dona praesentis — horae. 12, 3.: sermones utriusque linguae. 14, 7.: soror clari ducis. 15, 1.: uxor pauperis Ibyci. 16, 31.: imperio fertilis Africae. 27, 73.: uxor invicti Iovis. 29, 19.: stella vesani leonis. 4. 1, 39.: gramina Martii Campi. 4, 71.: fortuna nostri Nominis. 8, 3.: praemia fortium Graiorum. 28.: lingua potentium Vatum. 9, 37.: vindex avarae fraudis. 39.: consul non unius anni. Epod. 3, 17.: humeris efficacis Herculis. 5, 23.: ore ieiunae canis. 7, 18.: scelus fraternae necis. 17, 56.: sacrum liberi Cupidinis. A. P. 320.: fabula nullius veneris. 370.: virtute diserti Messallae. Epist. 2. 1, 58.: ad exemplar Siculi — Epicharmi. 171.: partes amantis ephebi. 249.: mores animique virorum Clarorum. 2, 172.: puncto mobilis horae. S. 2. 7, 23.: mores antiquae plebis. Epist. 1. 1, 76.: belua multorum capitum. 48 sq.: amorem festinantis heri. 7, 40.: proles patientis Ulixi. 13, 14.: glomus furtivae — lanae. 15, 34 sq.: patinas — vilis — agninae. C. 1. 6, 7.: cursus duplicis — Ulixei.*)

GSA. C. 1. 7, 11. Larissae campus opimae. 14, 12.: Silvae filia nobilis. 2. 12, 11.: regum colla minantium.. 3. 24, 44.: virtutis viam arduae. 4. 4, 50.: luporum praeda rapacium. Epod. 15, 21. Pythagorae — arcana renati. Epist. 2. 1, 45.: caudae — pilos equinae. S. 2. 2, 33.: amnis Ostia Tusci. 1. 1, 120.: Crispini scrinia lippi. 4, 95.: vitae praecepta beatae. C. 1. 15, 16.: calami spicula Cnosii. 2. 17, 13.: Chimaerae spiritus igneae.

GSA. C. 2. 8, 9.: matris cineres opertos. 14, 19.: Danai genus Infame. 3. 17, 4.: nepotum — genus omne. 4. 11, 5.: hederae vis multa. 14, 29.: barbarorum — agmina Ferrata. C. S. 35.: Siderum regina bicornis. Epist. 2. 2, 77.: scriptorum chorus omnis. 85.: rerum Fluctibus in mediis. 1. 1, 99.: vitae — ordine toto. 12, 19.: rerum concordia discors. 18, 23.: argenti sitis importuna.

GAS. C. 1. 12, 49.: Gentis humanae pater. 3. 6, 31.: navis Hispanae magister. 16. 12.: auguris Argivi domus. 18, 1.: nympharum fugientum amator. 27, 23.: aequo-

---

*) Iam existimari potest, quo iure Dillenburger Quaest. Horat. p. 92. haec scripserit: „Hoc animadvertimus, ubi substantivum adiectivo ornatum obnoxium sit potestati alterius nominis, ibi Horatium tria vocabula disponere ita solere, ut regens nomen in medio loco positum reliquis duobus cingatur.“ Quod ipsum Orellius posuit in ed. mai. p. 548. Dixit Horatius, ne plura afferam, „pernicis uxor Apuli et uxor pauperis Ibyci, innocentis pocula Lesbii, et ardentis Falerni pocula.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0026

ris nigri fremitum. 4. 2, 27.: apis Matinae more. 3, 17.: testudinis aureae dulcem — strepitum. 6, 21.: Veneris — gratae vocibus. 12, 15.: iuvenum nobilium cliens. 13, 20.: artium gratarum facies. 24.: cornicis vetulae temporibus. Epod. 5. 71.: veneficae Scientioris carmine. 17, 65.: Pelopis infidi pater. S. 1. 10, 67.: poetarum seniorum turba. A. P. 261.: operae celeris nimium — crimine. S. 2. 1, 11.: Caesaris invicti res. 3. 69 sq.: Cicutae nodosi tabulas. E. 1. 3, 25.: hederae victricis praemia. 4, 3.: Cassi Parmensis opuscula. 10, 6.: ruris amoeni rivos. 18, 99.: rerum — utilium spes.

GAS. C. 1. 1, 31.: nympharumque leves — chori. 12, 35.: Catonis nobile letum. (= Catonem leto nobilitatum). 32, 14.: laborum dulce lenimen. 2. 18, 19.: Ingeni benigna vena. 20, 18.: metum Marsae cohortis. 2. 20, 24.: sepulcri supervacuos honores. 3. 1, 42.: purpurarum sidere clarior — usus. 3, 61.: Troiae renascens — Fortuna. 5, 53.: clientum longa negotia. 6. 32.: dedecorum pretiosus emptor. 16, 6.: navium saevos — duces. 3. 29, 7.: Aesulae declive arvum. 4. 2, 41.: Urbis publicum ludum. 3, 8.: regum tumidas minas. 5, 4.: patrum sancto concilio. 12, 17.: nardi parvus onyx. 13, 8.: Chiae pulchris — in genis. 14, 38.: Belli secundos — exitus. 15, 7.: Parthorum superbis postibus (Virg. A. 8, 721.: aptatque (dona populorum) superbis postibus. 2, 504.: Barbarico postes auro spoliisque superbi Procubuere. De more rebus inanimis sensus tribuendi cf. Dillenburger ad C. 1. 9, 3. Ceterum superbis = nuper superbis. C. S. 55.: Scythae — superbi nuper et Indi. cf. 3. 26, 6.: lucida. 1. 7, 10.; 8, 4.: patiens. 2. 12, 11.: minacium. cf. Meyer. l. c. p. 24.) Epod. 3. 1 sq.: Parentis — senile guttur. 1, 13.: Occidentis — ultimum sinum. 11, 25.: amicorum libera consilia. 16, 62.: nullius astri — aestuosa impotentia. S. 1. 4, 61.: belli ferratos postes. 5, 50.: Cocceii plenissima villa. 6, 9.: Tulli ignobile regnum. 10, 37.: Rheni luteum caput. A. P. 61.: verborum vetus — aetas. (sc. interit.) Düntzer: der alten Worte Geſchlecht. (cf. Cic. post Red. in Sen. §. 11. cuius primum tempus aetatis palam fuisset ad omnes libidines divulgatum = qui primo aetatis tempore corpus vulgasset. in Verr. 4. §. 68. iniuria istius impunita discedit. de Orat. 1. §. 172. Legg. 3. 10, 23. Hrtzbg. l. c. §. 28. Dissen. l. c. p. 173. Multa huius generis apud Horat.) 164.: utilium tardus provisor. 364.: iudicis argutum — acumen. Epist. 2. 1, 28 sq.: Graecorum antiquissima — scripta. 2, 140.: mentis gratissimus error. S. 2. 4, 29.: lapathi brevis herba. Orell. (Epod. 2, 57.: herba lapathi prata amantis.) S. 2. 6, 79.: Arelli Sollicitas opes. 8, 89.: leporum avulsos — armos. 3, 89.: Staberi prudentem animum. E. 1. 13, 8.: Asinaeque paternum cognomen. (= Asinae patris cognomen.) 19, 15.: Timagenis aemula lingua (rupit Iarbitam, qui ipse erat aemulus.)

ASG. C. 1. 18, 2.: mite solum Tiburis. 2. 1, 24.: atrocem animum Catonis. 2. 13, 17.: celerem fugam Parthi. 3. 3, 35.: quietis ordinibus deorum. 4, 31.: urentes arenas litoris Assyrii. 11, 15.: immanis Ianitor aulae. *) 3. 23, 14.: multa caede bidentium.

---

*) Non dubito quin ita iungendum sit. Bacchi blanditiis ipsa Cerberi immanitas vincitur. Solet autem Horatius vocabula significationis inter se contrariae iuxta ponere. Cuius consuetudinis exempla haec sunt: C. 1. 3, 10.: qui fragilem truci Commisit pelago ratem. 6, 8.: Saevam Pelopis domum (non) conamur (dicere) tenues grandia. 14, 14.: nil pictis timidus | navita puppibus | Fidit. 15, 1.: Pastor cum traheret — navibus | Idaeis Helenen perfidus hospitam. 16, 26.: dum mihi fias recantatis amica | opprobriis. C. 1. 22, 9 — 12.: namque me — lupus — | — — | — — | fugit inermem. 29, 10.: quis neget arduis | Pronos relabi posse rivos. 2. 6, 2.: Insolentem | serva Briseis niveo colore | movit Achillem. 6.: movit Aiacem Telamone natum | Forma captivae dominum Tecmessae. 16, 17.: brevi fortes iaculamur aevo multa. 18, 10.: pauperemque dives | me petit. 3. 5, 1.: Martiis caelebs quid agam Calendis. 10, 17.: Parcas (tuis supplicibus), nec rigida mollior aesculo | nec Mauris animum mitior anguibus. 11, 46.: quod viro clemens misero peperci. 15, 16.: (Te lanae — decent, nec flos — rosae) nec poti vetulam faece tenus cadi. 24, 40.: horrida callidi Vincunt aequora navitae. 27, 27.: mediasque fraudes | palluit audax. 30, 12.: dicar

24, 1.: Intactis — Thesauris Arabum. 27, 21.: caecos — motus Austri. 4. 8, 15.: celeres fugae — Hannibalis. 12, 11.: nigri colles Arcadiae. Epod. 2. 2.: prisca gens mortalium. 55 sq.: pinguissimis — ramis arborum. 16, 5.: aemula virtus Capuae. (cf. E. 1. 19, 15.: Rupit Iarbitam Timagenis aemula lingua.) 60.: laboriosa cohors Ulixei. 17, 16.: laboriosi remiges Ulixei. C. 1. 15, 33.: iracunda — classis Achillei. S. 1. 3, 29.: acutis naribus horum hominum. 130.: obiecto instrumento artis. 9, 35.: quarta parte diei. A. P. 24.: maxima pars vatum. 384 sq.: (census) equestrem summam nummorum. Epist. 2. 1, 26.: annosa volumina vatum. 146.: nulla — copia lymphae. Epist. 2. 2, 116.: speciosa vocabula rerum. S. 2. 8, 86 sq.: discerpta — membra gruis. 1, 10.; tantus amor scribendi. 32.: omnis — vita senis. 72.: mitis sapientia Laeli. (Ita iungendum est; est mitis ipse Laelius, sed factus sapientia; quam in ea vim inesse coniunctione significatur. cf. Epod. 16, 61.: nullius astri aestuosa impotentia. Cic. Off. 3, 26.: e veteri poeta: Quod ni Palamedis perspicax prudentia Istius percepset malitiosam audaciam. Ovid. Met. 1, 308.: obruerat tumulos immensa licentia ponti. Aliter Virgilius Georg. 1, 92.: rapidi potentia Solis. cf. Meyer. l. c. p. 30.) 3, 121.: maxima pars hominum. 287.: fecunda gente Meneni. Epist. 1. 1, 67.: lacrimosa poemata Pupi. C. 1. 4, 1.: grata vice veris (durch den Eintritt des lieblichen Frühlings.)

ASG. C. 1. 1, 7.: mobilium turba Quiritium. 10, 3.: decorae more palaestrae. 27, 10.: Opuntiae Frater Megillae. 32, 13.: (dapibus) supremi grata testudo Iovis. 2. 1, 9.: Severae Musa tragoediae. 3. 3, 58.: avita tecta Troiae. 7, 9.: sollicitae nuntius hospitae. 12, 3.: patruae verbera linguae. 6.: Liparei nitor Hebri. 2. 8. 19.: impiae tectum dominae. 13, 21.: Furvae regna Proserpinae. 14, 14.: rauci fluctibus Hadriae. 20, 5.: pauperum Sanguis parentum. 3. 4, 14.: celsae nidum Acherontiae. 7, 4.: constantis iuvenem fide. 9, 7.: Multi Lydia nominis. 13, 8.: lascivi suboles gregis. 16, 29.: purae rivus aquae. 20, 2.: Gaetulae catulos leaenae. 27, 47.: multum amati cornua monstri. 28, 12.: celeris spicula Cynthiae. 29, 11.: beatae fumum Romae. 22.: horridi dumeta Silvani. 4. 1, 18.: Largi muneribus — aemuli. 2, 15.: tremendae flamma Chimaerae. 3, 23.: Romanae fidicen lyrae. 9, 12.: Aeoliae fidibus puellae. 10, 4.: puniceae flore prior rosae. 11, 31.: meorum finis amorum. 12, 9.: pinguium custodis ovium. 14, 49.: non paventis funera Galliae. 15, 26.: iocosi munera Liberi. 31.: almae progeniem Veneris. Epod. 1, 23.: in tuae spem gratiae. 2, 29.: tonantis annus hibernus Iovis. 42.: pernicis uxor Apuli. 65.: ditis examen domus. 12, 21.: iteratae vellera lanae. 15, 3.: magnorum numen — deorum. 17, 14.: pervicacis ad pedes Achillei. 16.: laboriosi remiges Ulixei. 58.: Esquilini pontifex venefici. S. 1, 3, 136.: magnorum maxime regum. 4, 100.: nigrae succus loliginis. 8, 42.: variae cum dente colubrae. A. P. 162.: aprici gramine campi. 394.: Thebanae conditor arcis. Epist. 2. 1, 56.: docti famam senis. 215.: spectatoris fastidia superbi. 2, 31.: multarum divite rerum. 8, 40.: imi convivae lecti. S. 2. 1, 81.: sanctarum inscitia legum. 2, 79.: divinae particulam aurae. 117.: fumosae cum pede pernae. 125.: contractae seria frontis. 131.: vafri inscitia iuris. 4, 69.: Venafrae — baca — olivae. Epist. 1. 1, 30.: invicti membra

---

— ex humili potens | princeps Aeolium carmen ad Italos | deduxisse modos. 4. 1, 6.: desine — flectere mollibus | Iam durum imperiis. 2, 31.: operosa parvus | Carmina fingo. 4, 31.: neque imbellem feroces | progenerant aquilae columbam. 53.: gens quae cremato fortis ab Ilio | — — sacra | maturosque patres pertulit (ad Italiam). 14, 31.: Primosque et extremos metendo | Stravit (Claudius) humum sine clade victor. C. S. 33 sq.: Condito mitis placidusque telo | Supplices, audi, pueros, Apollo. 51.: impetret (Augustus quae precatur) iacentem | Lenis in hostem. Epod. 13, 12.: invicte mortalis dea nate puer Thetide. (Or.) 15, 19.: Sis pecore et multa dives tellure licebit. S. 1. 7, 4.: permagna negotia dives habebat | Clazomenis. A. P. 465.: (Empedocles) ardentem frigidus Aetnam insiluit. Ep. I. 1, 68.: qui Fortunae te responsare superbae Liberum et erectum praesens hortatur. cf. Meyer. l. c. p. 13 sq.

Glyconis. 6, 7.: amici dona Quiritis. 18, 10 sq.: imi derisor lecti. 47.: inhumanae senium — Camenae. 103.: fallentis semita vitae (paullo ante: secretum iter sc. vitae.) C. 1. 17, 6.: olentis uxores mariti. 21.: innocentis pocula Lesbii. 18, 7.: modici — munera — Liberi. *) (cf. 3. 2, 26.: Cereris sacrum arcanae.) 19, 15.: bimi cum patera meri.

AGS. C. 1. 7, 2.: bimarisve Corinthi moenia. 16, 16.: insani leonis vim. 19, 2.: Thebanae — Semeles puer. 20, 6.: Paterni fluminis ripae. 2. 3, 7.: interiore nota Falerni. 11, 19.: ardentis Falerni pocula. 12, 22.: pinguis Phrygiae — opes. 17, 24.: Volucris Fati — alas. 18, 29.: rapacis Orci fine. 19, 13.: beatae coniugis honorem. 3. 4,

---

*) Pro eo quod est modici munera Liberi non transilire dici potest: modica munera Liberi non transilire; qua ratione ad solutam orationem delabimur, ut iam Horatii sententiam ita efferamus: ne modum excedamus in bibendo et Liberum vertamus in Thyoneum. Transfertur autem ad ipsum deum, quod proprie in hominibus dicitur, qui muneribus eius utuntur. Similique ratione C. 3. 21, 15.: arcana consilia reteguntur iocoso Lyaeo, „dem ſcherzerzeugenden Lyäus“ non, ut Lübkerus vertit „dem ſchelmiſchen Lyäus.“ Dicitur enim iocosus quod homines vini vis a severitate ad hilaritatem traducit, quae vis ipsa cum eo quod efficit multo magis quam deus Lyaeus intelligendus est (cf. C. 3. 29, 22.: horridi dumeta Silvani, ubi Silvanus vix a silva distinguitur et horridus vocatur propter dumeta. Fit autem silva Silvanus, quum sensum accipit et animum, de qua deorum fingendorum ratione dicere non est huius scriptionis ac temporis. cf. Quintil. 8. 6, 11 et 23 sq.; 9. 2, 30 sq.) Catull. 12, 2. 50, 6.: pro iocoso Lyaeo dicit iocum atque vinum. Tibull. 3. 6, 20.: iocosa vina; et C. 1. 27, 4.: sodales iubentur verecundum Bacchum sanguineis prohibere rixis (verecundi prohibere). Hinc multa saepe adiectiva vel activam vim accipere („Illud quoque et poetis et oratoribus frequens, quo id, quod efficit, ex eo, quod efficitur, ostendimus. Nam et carminum auctores *Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas*, et *Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus*; et orator *praecipitem iram, hilarem adolescentiam, segne otium* dicet.“ Quintil. 8. 6, 27.) vel pro genitivis substantivorum posita videntur. Quorum illud comparari debet cum eo quod res dicuntur habere admirationem, et templa aliaque religionem, eodem intellectu quo religiosa esse (Cic. pro Rosc. Am. §. 66. paternus sanguis magnam possidet religionem (iniicere potest) Lambin. ad Cic. de Legg. 2, 11.: „loca religiosa dicuntur a Latinis quae hominibus religionem afferunt, s. quae homines, qui ea adeunt, religionis implent.“) et quod vis aliqua virtusque inesse dicitur in iis, quae aliquid efficiunt. Quamquam cavendum est, ne in hunc usum inferatur ratio quaedam irrationalis tollaturque omnis virtus, quae in hac mutatione et translatione inest; ut si quis Mortem apud Horatium C. 1. 4, 13.: pallidam dici putet, quia pallidum faciat, ac non ipsum mortuorum hominum habitum cogitatione ab iis separari fingendaque Mortis forma quasi animari statuat. cf. 2. 5, 11.: Auctumnus varius. Sunt huius generis apud Horatium haec: C. 1. 1, 5.: palma nobilis. 3, 14.: tristes Hyadas. (Dillenb.) 21 sq.: deus abscidit Oceano dissociabili Terras. 5, 7.: aspera nigris aequora ventis. (Dillenb. Orell.) 7, 15.: Albus deterget nubila coelo Notus. 17 sq.: finire Tristitiam — Molli mero. (Dillenb. cf. ἤπια φάρμακα). 10, 17.: tu pias laetis animas reponis sedibus. 3.: feros cultus hominum formasti decorae More palaestrae. 12, 27.: quorum simul alba nautis Stella refulsit. 39.: Regulum — insigni referam Camena. Dillenbg. (Haud scio an ipsum carmen argumenti magnitudine insigne fiat). 13, 4.: meum — difficili bile tumet iecur. (cf. Mitscherl.) 12.: Puer — Impressit memorem dente labris notam. 15, 15.: grataque feminis Imbelli cithara carmina divides. 16, 10.: mare naufragum. Orell. (Tibull. 2. 4, 10.: naufraga unda. Dissen.) 21, 13.: miseram famem. 27, 16.: depone tutis auribus (quidquid habes). (Tibull. 4. 1, 83.: tuta fossa, ſichernd.) 29, 1.: Beatis nunc Arabum invides gazis. 2. 6, 18.: Amicus Aulon Fertili Baccho. (Tibull. 4. 1, 51.: fertiles horae.)

77.: incontinentis Tityi iecur. 1. 31, 3.: opimae Sardiniae segetes feraces. 3. 5, 41.: pudicae coniugis osculum. C. 3. 6, 40.: severae matris ad arbitrium. 12, 5.: operosae — Minervae studium. 21, 11.: Prisci Catonis — virtus. 4. 2, 30.: uvidique Tiburis ripas. 43.: fortis Augusti reditu. 5, 10.: Carpathii — maris — aequora. 6, 35.: mei —

---

7, 21.: Oblivioso levia Massico Ciboria exple. 10, 15.: Informes hiemes. 13, 11.: triste lignum. 14, 8.: tristi Compescit unda (Tityon). 16, 10.: miseros tumultus (mentis summovere). 20, 22.: luctus turpes (faciem deformantes. Orell.) 3. 2, 1.: Angustam amice pauperiem pati. 5.: trepidis agat in rebus (vitam). 11.: quem Cruenta Per medias rapit ira caedes. 7, 1.: candidi — Favonii. 8, 14.: Vigiles lucernas perfer in lucem. Lübker. (melius hunc locum explicat Orell.) 11, 51.: Nostri memorem sepulcro Sculpe querelam. 14, 8.: cadum Marsi memorem duelli. 16, 32.: (purae rivus aquae) fulgentem imperio — Africae Fallit sorte beatior. (Dillenb.) 17, 4.: nepotum per memores genus omne fastos. 23, 5.: nec pestilentem sentiet Africum | fecunda vitis nec sterilem seges Robiginem. 27, 19.: albus Iapyx. 29, 9.: Fastidiosam desere copiam. 4. 5, 22.: mos et lex maculosum edomuit nefas. 6, 39.: Canentes — Noctilucam prosperam frugum. 9, 49.: duramque callet pauperiem pati. Lübker. p. 313. 14, 4.: per titulos memoresque fastos. Epod. 10. 5.: Niger — Eurus. 10.: tristis Orion (Orell.) 19.: Ionius udo — remugiens sinus Noto. 11, 13.: Simul calentis inverecundus deus Fervidiore mero arcana promorat loco. 13, 18.: deformis aegrimoniae alloquiis. 14, 1.: mollis inertia (quum mollis proprie in amoribus dicatur, praestare videtur ea explicatio, ut sit inertia ex animo molli amorique dedito profecta). 16, 41.: beata petamus arva, divites et insulas. 17, 72.: fastidiosa tristis aegrimonia. S. 1, 1, 8.: victoria laeta. 2, 47.: tutior et quanto merx est in classe secunda. (Tutus est, qui merce utitur). — Aliter dicitur S. 1. 3, 69.: amicus dulcis; quocum loco comparandus est Catull. 30, 1 sq.: Alphene immemor atque unanimis false sodalibus, iam te nil miseret, dure, tui dulcis amiculi. Dulcis est vel qui amat alterum, vel qui eius amore dignus est. — S. 1. 4, 26.: misera ambitione laborat. 89.: condita cum verax aperit praecordia Liber (condita praecordia pro iis quae in praecordiis condita sunt.) 5, 80.: lacrimoso non sine fumo. 6, 57.: infans pudor prohibebat plura profari. 129.: misera ambitione (solutum esse). 9, 29.: instat fatum mihi triste. 32.: tarda podagra. A. P. 295.: ingenium misera quia fortunatius arte Credit. Epist. 2. 2, 118.: situs informis. S. 2. 6, 116 sq.: me silva cavusque Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo. 18.: nec mala me ambitio perdit. 50.: Frigidus a rostris manat per compita rumor. 61.: somno et inertibus horis ducere sollicitae iucunda oblivia vitae. (Inertia quae hominis nihil efficientis propria est, transfertur ad ipsas horas, quibus nihil efficitur: „Stunden des Nichtsthuns.“ De obliviis autem ducendis cf. illud Achimii ab Arnim: Füll' das Glas mit altem Glauben.) 79.: Si quis laudat Arelli sollicitas opes. 4, 16.: irriguo nihil est elutius horto. 7, 30.: laudas securum olus. 59.: Turpi clausus in arca. 77.: misera formidine. 91: eripe turpi colla iugo. 1, 68.: famosisque Lupo cooperto versibus. 2, 131.: vafri inscitia iuris. (cf. S. 1. 3. 130.) 5, 77.: Vides ut pallidus omnis coena desurgat dubia. Epist. 1. 1, 31.: Nodosa corpus — prohibere chiragra. 67.: lacrimosa poemata Pupi. 5, 19.: Fecundi calices quem non fecere disertum. (Orell.: copiosi et abundantes, qui semper a pincernis repleantur. Mihi vero cogitandum videtur de leni tormento, quod amphora „ingenio admovet plerumque duro.“) 20.: contracta quem (calices) non (fecere) in paupertate solutum. 7, 36.: Otia divitiis Arabum liberrima muto. 10, 14.: novistine locum potiorem rure beato? 15, 42.: tuta et parvula laudo. 18, 21.: quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudat. 98.: num te semper inops (cf. C. 3. 16, 28.: magnas inter opes inops) agitet cupido. 105.: Mandela rugosus frigore pagus. 19, 18.: exsangue cuminum. 31.: nec sponsae laqueum famoso carmine nectit (famam eius laedente). 48.: Ludus genuit trepidum certamen et iram. 20, 18.: balba senectus — cf. Beier ad Cic. Off. 1. 17, 19.: nihil est copulatius quam morum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0030

pollicis ictum. 11, 22.: tuae sortis iuvenem. 12, 6 sq.: Cecropiae domus — opprobium 3. 29, 29.: futuri temporis exitum. Epod. 5, 33.: mutatae dapis spectaculo. 41.: masculae libidinis Ariminensem Foliam. 64.: Magni Creontis filiam. 9, 19.: hostilium — navium puppes. 13, 8.: deformis aegrimoniae — alloquiis. S. 1. 9, 20.: iniquae mentis asellus.

---

similitudo bonorum. Proprie dicuntur copulati homines boni moribus inter se similes. cf. Klotz. ad Cic. Tusc. 1. 33. § 80. Catull. 81, 3.: Moribunda a sede Pisauri (= letifera). Hertzberg. Quaest. Propert. p. 144. „unde fit ut causam eius notionis quae proprie in iis inest, adiectiva videantur continere, ut Prop. 3. 13, 15. Felix — lex." etc. cf. Meyer. l. c. p. 23. Tibull. 1. 5, 11.: sulfur purum (= purgans. Diss.). 8, 12.: herbae pallentes (Dissen. cl. Ovid Art. Am. 2, 105. Pers. Sat. 5, 55. Tibull. 1. 8, 11., 1. 2. 31. Pindar. Pyth. 4, 81.) 2. 1, 44.: bibit irriguas fertilis hortus aquas. Diss. Soph. Ant. 857. Wdr. ἀλαὸν ἕλκος ὀμμάτων.

Pro genitivis substantivorum adiectiva posita videri possunt his locis: C. 1. 2, 14.: retortis Litore Etrusco (= maris Etrusci. Dillbg.) violenter undis. cf. 3. 29, 62.: Tunc me — tutum per Aegaeos tumultus Aura feret. 7, 6.: gramen Martium (Campi Martii). 1. 1, 29.: doctarum hederae praemia frontium. 1. 3, 23.: impiae non tangenda rates transiliunt vada. Tibull. 1. 3. in aureae aetatis descriptione: nondum caeruleas primus contempserat undas. (nam hominum mores, studia, affectus ad loca, in quibus versantur aut ad res quibus utuntur, transferuntur; ut C. 3. 10, 2.: fores aedium, in quibus aspera s. crudelis Lyce habitat, ipsae nominantur asperae. (c. Orell.) Catull. 64, 79.: angusta malis cum moenia vexarentur. (Athenienses dicuntur). Tibull. 1. 2, 7.: ianua difficilis (cf. Dissen.) 1. 6, 28.: sobria pocula. 1. 7, 4.: victus Atax (victi sunt illius regionis incolae. cf. Interpretes ad Hor. C. 2. 9, 20 sq. Tibull. 4. 5, 12.: infidi foci. Hor. C. 4. 15, 8.: vacuum duellis Ianum Quirini Clausit. 3. 4, 24.: liquidae Baiae. (Ovid. Met. 1, 701.: liquidae sorores. Loers). 6.: pii luci. 2. 1, 30.: impia proelia. cf. Soph. Antig. 780.: ἐν ἀγρονόμοις αὐλαῖς; est hominum in casis habitantium τὸ νέμειν τοὺς ἀγρούς. A. P. 85.: Iuvenum curas et libera vina referre. proprie homines in conviviis liberi sunt. S. 2. 4, 37.: cara pisces avertere mensa — cari sunt pisces, qui in mensa venales expositi sunt; Catull. 62, 3.: pingues mensae. Hor. Epist. 1. 14, 21.: uncta popina. 17, 12.: siccus ad unctum accedes. Catull. 39.: humilis vinea (propter vites humiles). Tibull. 1. 7, 7.: victrices lauros gerentem portabat currus. Hor. S. 1. 7, 11.: bellum adversum (pugnantes inter se adversi stant). 36.: Perrupit Acheronta Herculeus labor. 4, 17.: domus exilis Plutonia. 10, 17.: tu pias laetis animas reponis Sedibus. 17, 22.: Semeleius cum Marte confundet Thyoneus proelia. 18, 8.: Centaurea monet cum Lapithis rixa. 21, 11 sq.: (Apollinem) insignem — fraterna humerum lyra. 27, 16.: ingenuo semper Amore peccas (ingenuae puellae, cf. Terent. Andr. 3. 3, 29.: liberali coniugio devinctus). 28, 32.: Fors et Debita iura vicesque superbae te maneant ipsum (poena superbiae?) 34, 11.: Atlanteus finis. 35, 13.: potentes domos relinquis. 2. 1, 39.: Dionaeo sub antro. (Quid sit sub antro, sub pectore etc. nunc eos qui nesciunt docebit Hrtzb. Quaest. Propert. p. 135. et Dissen. ad Tibull. 2. 3, 19. cum Burmanno ad Ovid. Met. 1. 689.) 12, 6.: Herculea manu. 17, 8.: ille dies utramque ducet ruinam (cf. Mitscherl. Hrtzb. l. c. p. 144. Madvig. ad Cic. de Fin. p. 258. 691. de pronominibus pro genitivis positis. cf. Epod. 11, 27.: alius ardor aut puellae candidae aut teretis pueri. Epist. 2. 2, 174.: cedat in altera iura.) 21.: utrumque nostrum incredibili modo consentit astrum. 19, 19.: Nodo coerces viperino Bistonidum crines. 20, 8.: Stygia cohibebor unda. 13.: Daedaleo ocior Icaro. 3. 1, 7.: Iovis (imperium), claro Giganteo triumpho. 17.: super impia cervice pendet (ensis). (Saepe adiectivum, quod ipsi homini convenit, ad corporis partem transfertur. cf. Dissen. ad Tibull. 1. 7, 6.: capta brachia. ad 29.: manu sollerti. (Sollertia in manu est.) ad 1. 1, 46.: ubi multa collegit exempla. 1. 7, 36.: inculti pedes (= incultorum). 10, 56.: dementes manus. cf. quod

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0031

A. P. 17.: properantis aquae ambitus. 262.: ignoratae artis crimine. 340.: pransae Lamiae — alvo. 406.: longorum operum finis. 463.: Siculique poetae — interitum. 469.: famosae mortis amorem. Epist. 2. 2, 47.: civilis belli aestus (?) S. 2. 4, 63.: duplicis — iuris naturam. 6, 2.: iugis aquae fons (cf. purae rivus aquae et Epist. 1. 15,

---

Meyer. l. c. posuit p. 13. e Soph. Electra (1127). κοὔτ᾽ ἐν φίλαισι χερσὶν ἡ τάλαιν᾽ ἐγὼ
λουτροῖς σ᾽ ἐκόσμησ᾽ — ἀλλ᾽ ἐν ξέναισι χερσὶ κηδευθεὶς τάλας — προσήκεις κ. τ. λ. et quae ab
eodem collecta sunt p. 17. Ovid. Met. 2, 871.: falsa vestigia. cf. Loers. Horat. C. 1.
15, 19.: adulteros crines. 2, 6.: Ex moenibus hosticis. 3, 28.: Priami domus Achi-
vos Hectoreis opibus refringit. 3. 3, 56.: nebulae pluviique rores. 4, 72.: Virginea
domitus sagitta (Orion). 8, 17.: mitte civiles super urbe curas. 12, 3.: patruae verbera
linguae. 25, 11.: pede barbaro Lustratam Rhodopen. (cf. Meyer. l. c. p. 16.) 27, 63.: herile
mavis Carpere pensum. 30, 7.: postera Crescam laude recens. 4. 2, 2.: ceratis ope
Daedalea nititur pennis. 3, 3.: labor Isthmius. 16.: dente minus mordeor invido. 4,
73.: nil Claudiae non perficiunt manus. 6, 1.: proles Niobea. 8, 27.: Ereptum Sty-
giis fluctibus Aeacum. 9, 37.: vindex avarae fraudis (= ex avaritia profectae. cf.
Catull. 40, 4.: vecors ira. 61, 81.: ingenuus pudor. (Cic. de Orat. 2. 2, 10.: ingenua
timiditas). 65.: extr. manat conscius ore rubor. 63, 37.: piger sopor. (Cic. Tusc. 1,
44.: res versantur in errore. cf. Offic. 2, 1.: literae forenses et senatoriae conticue-
runt. Intelligit orationes, quas cum habuisset literis consignavit). Tibull. 4, 13.:
fortis audacia. 5, 2.: gloria fortis (cf. Dissen.) 4. 4, 65.: validi labores („qui vali-
das vires exigunt.“) 11, 25.: Terret — Phaëthon avaras spes. 15, 17.: non furor
civilis aut vis exiget otium. Epod. 1, 30.: Circaea moenia. 3, 2.: Parentis si quis
impia manu Senile guttur fregerit. 4, 19.: contra servilem manum (naves ducere).
5, 53.: in hostiles domos Iram — vertite. 58.: Suburanae canes. 81.: amore — meo fla-
gres. 9, 19.: hostilium navium puppes. 13, 9.: fide Cyllenea levare pectora sollici-
tudinibus. 14, 3.: pocula Lethaeos — ducentia somnos. 16, 28.: Matina cacumina.
17, 8.: Nepotem Nereium. 21.: verecundus color (Farbe der Schaam). 74.: Vectabor
humeris inimicis eques. Sat. 1. 4, 126.: avidos vicinum funus — exanimat. cf. Epist.
2. 2, 171.: vicina refugit iurgia (vicinorum). (cf. Math. ad Cic. pro Sulla §. 73. fami-
liaris dignitas. „Est dignitas familiarium ut familiare funus Rabir. Perd. 3.
funus familiaris cuiusdam, familiare parricidium in versibus Accii ap. Cicer.
de N. D. 3. 26, 67.“ cf. pro Rosc. Am. §. 23. paternum funus). 5, 96.: postera tempe-
stas melior, via peior (erat). 7, 20.: humanos animos (versant). 9, 31.: hosticus
ensis (hunc non auferet). C. 2. 15, 1.: regiae moles (Epist. 1. 12, 6.: regales divi-
tiae. A. P. 65.: receptus terra Neptunus regis opus. cf. Dillenb.) A. P. 68.: morta-
lia facta peribunt. (Ovid. Met. 2, 56.: Sors tua mortalis, non est mortale quod optas. cf.
Loers. ibid. 3, 105.: mortalia semina) 81.: populares (vincere) strepitus. 76 sq.: ne seni-
les mandentur iuveni partes pueroque viriles. 184.: quae mox narret—facundia praesens.
(Soph. Antig. 1171. Wdr. ἐγώ, φίλη δέσποινα, καὶ παρὼν ἐρῶ, κοὐδὲν παρήσω τῆς ἀληθείας
ἔπος · als Augenzeuge). 286.: vestigia Graeca ausi deserere. 205.: spisssa | sedilia (theatri)
Epist. 2. 2, 208.: terrores magicos. S. 2. 4, 40.: (aper) iligna nutritus glande. 2. 4, 87.:
quae nisi divitibus nequeant contingere mensis (divitum. aliter 2. 4, 37.: cara mensa).
7, 60.: clausus in arca Quo te demisit peccati conscia herilis. 6, 102.: in locuplete
domo. Epist. 1. 1, 88.: melius nil caelibe vita. 6, 62.: Caerite cera digni. 11, 4.:
Cunctane prae — Tiberino flumine sordent. (cf. Catull. 61, 93.: flos hyacinthinus.)
12, 20.: Empedocles an Stertinium deliret acumen. 16, 16.: Septembribus horis. 37.:
laqueo collum pressisse paternum. 18, 43.: Fraternis cessisse putatur moribus Am-
phion. 19, 33.: Ingenuis oculisque legi manibusque teneri. 40.: grammaticas ambire
tribus. 5, 8.: mitte leves spes. (qui proficiscuntur e levitate. cf. Plat. Crit. p. 45.
D. τὰ ῥαθυμότατα αἱρεῖσθαι). Cf. Kuniss. ad Cic. de Orat. 1. §. 133. Meyer ad Cic.
Brut. §. 244. ordinem sequens in memoriam notam et aequalem necessario incurro

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0032

15 sq.: (puteosve perennes iugis aquae). 91.: praerupti nemoris — dorso. 2, 129.: propriae telluris herum. 3, 115.: veterisque Falerni mille cadis. Epist. 1. 2, 1.: Troiani belli scriptorem. 2, 8.: stultorum regum — aestus. 3, 10.: Pindarici fontis — haustus. 1. 4, 1.: nostrorum sermonum iudex. 19, 37.: ventosae plebis suffragia. 39.: nobilium scriptorum auditor (cf. par nobile fratrum). C. 1. 7, 5.: intactae Palladis urbem.

AGS. C. 1. 2, 40.: acer Mauri peditis vultus. 12, 5.: umbrosis Heliconis oris. 13.: solitis parentis laudibus. 29, 1.: beatis Arabum — gazis (invides). 5.: quae — virginum — barbara. — 35, 29.: ultimos Orbis Britannos. 2. 6, 10.: dulce — Galaesi flumen. 8, 10.: taciturna noctis signa. 13, 19.: improvisa leti vis. 12, 13.: mollibus — citharae — modis. 3. 4, 57.: sonantem Palladis aegida. 6, 17.: fecunda culpae saecula.

---

(notorum hominum aequalium); Bernhardy ad Cic. Brut. §. 319. (enumeratio oratoria), qui demonstrat quid sit discriminis inter enumeratio oratoria et enum. oratorum. Matth. ad Cic. pro Sest. §. 7. multa dicere possum — de (eius) tribunatu militari, de provinciali in eo magistratu abstinentia (§. 13.: integritas provincialis). Cic. Tusc. 1. 17. Empedocleus sanguis (cf. Klotz. eodem modo dictum ut in eodem libro Aristoxeni harmonia). in Pison. 12, 28.: sororius adulter. pro Sest. §. 39.: sororis adulter. pro Sest. §. 93.: ex pacatissimis et opulentissimis Syriae gazis §. 104.: conductae conciones. §. 38.: conductae operae. §. 106.: operae conductorum. pro Deiot. §. 13.: hostilia bella (Tibull. regia bella (= regum. D.) §. 33.: civilis victoria. pro Rosc. Amer. §. 67.: malae cogitationes (= recordatio maleficiorum). Plat. Phaed. ἡ περιττὴ μορφὴ (= ἡ τοῦ περιττοῦ μορφή). (Saepe adiectivum significat quo quid pertineat. Cic. de Legg. 2, 9.: sacrum commissum (id committit, qui peccat in sacra et dies festos. Turnebus). in Verr. 4. §. 43.: crimen Calidianum). Hom. Il. 17, 424.: σιδήρειος ὀρυμαγδός. 13, 341.: αὐγὴ χαλκείη. 6, 529.: κρητῆρα στήσασθαι ἐλεύθερον ἐν μεγάροισι. (cf. Horat. C. 3. 8, 13.: Sume — cyathos amici Sospitis centum. 19, 9.: Da lunae propere novae, da noctis mediae, da, puer, auguris Murenae. Apud Homerum ipse crater, e quo vinum propter libertatem recuperatam bibendum in pocula defunditur, liberum se esse sentit). Terent. Andr. 1. 1, 123.: causa vehemens pro: vehementiae (Urſache heftig zu ſein). Westerh. (Sed hic quidem locus aliam admittit explicationem). Quintil. 2. 10, 11.: popularis delectatio (= populi). cf. ibid. 4. 1, 51.: adversus favor. Propert. 3. 11, 10.: Colchis — armigera praelia sevit humo. Hertzb. l. c. p. 144.: cognati rogi (3. 7. 10.) Catull. 68, 98.: cognati cineres etc. (Similiter dicitur apud Graecos Ζεὺς ξύναιμος). Soph. Antig. 1004. Wdr. ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος. (αἵματος ἀνδρὸς φθαρέντος. Wdr.) Eurip. Med. 557. Pflugk. ἅμιλλα πολύτεκνος (πολυτεκνίας). Eurip. Med. 1010. Pfl. δόξα εὐάγγελος = δόξα ἀγαθῆς ἀγγελίας. Apud eundem Phoen. 1572.: κοινὸς ἐνυάλιος (bellum consanguineorum). Platon. Republ. p. 463. C. οἰκεῖα ὀνόματα (= τῶν οἰκείων ὀνόματα.) Promiscue addam alia translationis exempla. In Verr. 4. §. 133. aedilitates ornatae (ornatur forum ab aedilibus. cf. orator compositus, ornatus, cuius oratio composita, ornata est). Catull. 36, 12.: Syros apertos (colis) (adiectivum a planitie et magnitudine regionum, quas Assyrii incolebant, ad incolas translatum est.) cf. 7, 5.: Iupiter aestuosus (dictus „a Libya arena aestuante.“) Tibull. 1. 2, 71.: totus et argento contextus totus et auro. (contexta est vestis, qua indutus est. cf. Dissen. qui affert χάλκεος Ἄρης; praetextus senatus (Prop. 4. 1, 11.) etc.) 2. 5, 89.: stipulae solemnis acervos accendet. (Diss.) 3. 4, 10.: far pium (cf. Hor. C. 3, 23. extr.) = „quod religioso animo offertur.“ Hor. C. 3. 19, 5.: Chius cadus. S. 2. 5, 91.: Davus comicus. C. 1. 27, 9.: severum Falernum. 4.: Sanguineae rixae. 4. 11, 6.: castae verbenae. A. P. 90.: privatis carminibus (narrare coenam Thyestae). 129.: Iliacum carmen. Catull. 35, 16.: Ignosco tibi Sapphica, puella, Musa doctior. (i. e. Sappho ipsa). Terent. Ad. 1. 2, 29.: ubi te exspectatum domo eiecisset (mors exspectata est). Platon. Protag. p. 320. E. πτηνὸς φυγή. Stallb.

7, 6.: insana Caprae sidera. 11, 25.: notas Virginum poenas. 20, 5.: obstantes iuvenum catervas. 21, 19.: iratos — regum apices. 27, 18.: ater Hadriae sinus. 28, 10.: virides Nereidum comas. 29, 1.: Tyrrhena regum progenies. 17.: clarus — Andromedae pater. 30, 4.: innumerabilis annorum series. 4. 1, 8.: blandae iuvenum preces. 2, 16.: altos nubium tractus. 3, 11.: spissae nemorum comae. 14.: amabiles vatum choros. 6, 14.: laetam Priami aulam. 9, 13.: comptos adulteri crines. (1. 15, 19.: adulteros crines pulvere collines). 12, 7.: barbaras regum libidines. 14, 2.: plenis honorum muneribus. C. S. 2. lucidum coeli decus. 26.: stabilisque rerum Terminus. 50.: clarus Anchisae — sanguis. 63.: fessos corporis artus. Epod. 1, 1.: alta navium propugnacula. 3.: omne Caesaris periculum. 2, 9.: adulta vitium propagine. 3, 4.: dura messorum ilia. 15.: tantus — siderum — vapor. 5, 7.: inane purpurae decus. 13.: impia Thracum pectora. 10, 11.: Graia victorum manus. 14.: impiam Aiacis ratem. 11, 11.: candidum pauperis ingenium. 15, 9.: intonsos — Apollinis — capillos. 16, 4.: Etrusca Porsenae manus. S. 1. 1, 41.: immensum argenti pondus. 111.: maiori pauperiorum turbae. 4, 111.: turpi meretricis amore. 2, 42.: acrem praedonum in turbam. 3, 107.: teterrima belli causa. 4, 141.: multa poetarum — manus. 5, 68 sq.: una farris libra. 79.: vicina Trivici villa. 103.: ex alto coeli — tecto. 6, 82.: primus virtutis honos. 10, 35.: magnas Graecorum catervas. A. P. 57.: nova rerum nomina. 108.: omnem fortunarum habitum. 476.: plena cruoris hirudo. Epist. 2. 1, 86.: Saliare Numae carmen. 246.: multa dantis cum laude. 2, 38.: grandia — meritorum praemia; cf. S. 2. 1, 11.: multa laborum praemia. (laturus sc. Caesaris invicti rebus dicendis.) S. 2. 6, 21.: primos vitaeque labores. 101.: medium coeli spatium. 111 sq.: ingens valvarum strepitus. 7, 101.: subtilis veterum iudex. 1, 19.: attentam — Caesaris aurem. 3, 111.: ingentem frumenti acervum. 310.: corpore maiorem — Turbonis — spiritum. 8, 85.: prima Venafri — cella. Epist. 1. 2, 22.: adversis rerum undis. 3, 5.: pingues Asiae campi. 3, 26.: frigida curarum fomenta. 7, 50.: vacua tonsoris — umbra. 12, 9.: liquidus Fortunae rivus. 18.: obscurum lunae — orbem. 15, 14.: maior frumenti copia. 16, 55.: mille fabae modiis. 17, 55.: nota meretricis acumina. 18, 109.: bona — librorum copia. C. 1. 3, 27.: audax Iapeti genus. 3, 30.: nova febrium cohors. 4, 7 sq.: graves Cyclopum officinas. 6, 5.: gravem Pelidae stomachum. 8, 14.: lacrimosa Troiae funera. 12, 9.: rapidos — fluminum lapsus. 33.: quietum Pompili regnum (cf. ante potestatem Tulli atque ignobile regnum). 34.: superbos Tarquini fasces.

Haec omnia omnino revocanda sunt ad legem varietatis; quae „si quis tempestatis prope ritu mobilia laboret reddere certa, nihilo plus explicet ac si insanire paret certa ratione modoque;“ vel omnis Damasippi, intelligentissimi illius rerum poeticarum existimatoris, auctoritas concidat necesse est. Componam inter se pauca haec: Larissae campus opimae; mite solum Tiburis; in campis nivalis Haemoniae; pinguis Phrygiae opes; arvum pingue Forenti; imperio fertilis Africae; Aesulae declive arvum; praerupti nemoris dorso; pinguis Asiae campi; insana Caprae sidera; stella vesani leonis; iudicis argutum acumen; animum censoris honesti. C. 3. 15, 15.: purpureus flos rosae. 4. 10, 4.: puniceae flore prior rosae. Sed interdum poetae libertas cancellis quibusdam, metricis maxime, circumscribitur, quo minus ei liceat vagari, qua velit; ut S. 2. 3, 70.: non dubium est, quin dicturus fuerit „Staberi nodosas tabulas pro eo quod nunc est Staberi nodosi tabalas,“ nisi similiter cadentia substantiva, quum acuto sono finirentur sive in arsi essent, auribus moleste iuxta ponerentur; in quo nonnullis locis lapsus est Virgilius; cf. Wagner Quaest. XXXIII. p. 549. Nam ipsis tabulis Staberius se nodosum praebebat, solentque veteres adiectivum cum eo substantivo coniungere, quod in quaque vel actione vel affectu maximam vim habet. Itaque Tarquini Su-

perbi (nam aut nemo aut ultimus intelligendus est *) fasces ipsi superbi dicuntur, ut quibus ille, quantum opibus et potentia valeret, declaraverit. Atque etiam illud omittendum non est, quod non poetae solum, sed etiam oratores et in collocatione et in coniunctione grammatica naturalem et proprium ordinem rationemque verborum saepe eo consilio conturbant, ut quae de suo loco sublata alieno loco collocata sint aut ad alienum vocabulum accommodata, sensus animosque magis feriant. Quod si interdum habet aliquam intelligendi difficultatem, Romani ea minus laborabant, quod duo substantiva cogitatione non separabant, ut utrilibet parti adiectivum addi posset. **)

Saepissime adiectivum cum ablativo substantivi iungitur, cum aut ipsum cum alio substantivo iungendum aut adverbium ponendum videatur. Collegi hos locos: C. 4. 5, 9.: quem (iuvenem) Notus invido | Flatu — distinet. 15.: desideriis icta

---

*) cf. Cic. Phil. 3, 4.: „Atque ille Tarquinius, quem maiores nostri non tulerunt, non crudelis, non impius, sed superbus habitus est et dictus. — Nihil humile de Tarquinio, nihil sordidum accepimus.“ Quare mirum est, quod Orellio excidit haec argumentatio: „Tarquinium Superbum dirum tyrannum inter heroas laudibus extollere certe non poterat.“ Quasi vero ille rem Romanam, a Romulo primum conditam, a Numa Pompilio legibus institutisque temperatam, non omnium regum maxime auxerit et amplificaverit; qui ut Cato libertate ita ipse regno dignissimus fuit. Ceterum cf. Buttm. Mythol. I. p. 37. sq.

**) Nonnulla huius generis nos Germani patrio sermone exprimere possumus, ut Graeca victorum manus „die griechiſche Siegerſchaar“ rerum concordia discors (= rerum discordium c.) „der Dinge zwieträchtige Eintracht.“ Ovid. Met. 1. 433.) et alia similia; multa non possumus, ut illud, quod est apud Ciceronem Tusc. 1. 18. §. 42. quam (sc. corporum levium et rotundorum concursionem) Democritus concalefactam et spirabilem i. e. animalem esse volt. = quae corpora concurrentia Democritus concalefacta et spirabilia esse volt. cf. Horat. C. 3. 1, 42.: purpurarum sidere clarior — usus. (Ovid. Met. 1, 408.: (pars humida) versa est in corporis usum. 8, 246.: serrae reperit usum) et Cic. Tusc. 1, 28.: nocturna coeli forma sideribus ornata. 30.: his esse devium iter, seclusum a deorum concilio, ubi nostra consuetudo seclusis postulat „ausgeſchloſſen von der Gemeinſchaft der Götter gingen dieſe in der Irre umher.“ cf. Klotz. ad Tusc. 1, 28.: (vim) divinae mentis agnoscito. Quintil. 9. 3, 38.: hanc rerum coniunctam diversitatem (Verbindung) Caecilius μεταβολὴν vocat. Cic. Phil. 1, 2.: ius legationis liberum (Garaton.) Offic. 2. §. 63.: hanc consuetudinem benignitatis; pro Sest. c. 23. init. externa bella regum; de Legg. 3, 12.: concors civitatis status. de Orator. 1. §. 183. de duobus civium capitibus. Sophocl. Elect. 1061.: τέκνων διπλῆ φύλοπις duorum liberorum inter se controversia. Wunder. 1382.: τοὐμὸν φρενῶν ὄνειρον (pro τῶν ἐμῶν). 119.: οὐ σωκῶ ἄγειν λύπης ἀντίῤῥοπον ἄχθος). Hom. Il. 17, 272.: μίσησεν δ' ἄρα μιν δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι Τρωῇσιν. Propertianis locis hanc adiectivi hypallagen illustravit Hertzberg. Quaest. Propert. p. 143. sq. p. 152. cf. Catull. 23, 11.: casus alios periculorum. 64, 50.: haec vestis, priscis hominum variata figuris (priscorum hominum). 277.: vestibuli regia tecta. 341.: vagum certamen cursus. 360.: caesi corporum acervi. Tibull. 1. 5, 7.: furtivi foedera lecti. Vere poeticum est hoc Ciceronis (Phil. 14. 3.): Nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis, et dubitare, utrum in cive an in hoste figantur. Humana translata sunt ad res inanimas, quae ab hominibus geruntur. E qua consuetudine rerum cum hominibus confundendarum, et retrorsum, alia quaedam repe-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0035

fidelibus | patria | (fidem declarat patria desiderio Caesaris). 8, 13.: incisa notis marmora publicis. 9, 17.: (Non) primus Teucer tela Cydonio | direxit arcu. 11, 23.: tenetque (eum) grata | compede vinctum. 13, 15.: (tempora) notis condita fastis (aetas nota est). C. S. 9.: curru nitido diem qui | promis. 40.: (Iussa pars mutare urbem) sospite cursu. Epod. 2, 64.: videre fessos vomerem boves | collo trahentes languido. Epod. 3, 1.: Parentis si quis impia manu | Senile guttur fregerit. 5, 55.: formidolosis dum latent silvis ferae (Bentl. pro: formidolosae — ferae.) 82.: bitumen atris ignibus (flagrat) (bitumen ipsum nigrum est. Orell.) 8, 13.: ut (fascinum) superbo provoces ab inguine. 9, 32.: fertur incerto (M.: pro incertus) mari. 11, 20.: ferebar incerto pede. 12, 19.: cuius in indomito constantior inguine nervus. 13 7, 8.: deus haec — benigna | Reducet in sedem vice. 15.: certo subtemine Parcae (reditum rupere). 16, 57.: non huc Argoo contendit remige pinus. S. 1. 1, 47.: si | reticulum panis venales inter onusto | forte vehas humero. 3, 99.: cum prorepserunt primis animalia terris (cf. Wagner. Quaest. Virg. p. 506. sq.) 108.: sed ignotis perierunt mortibus illi. 6, 59.: circum | Me Satureiano vectari rura caballo (pro: Satureiana). 8, 14.: nunc licet Esquiliis habitare salubribus. 10, 1.: incomposito dixi pede currere versus. A. P. 79.: Archilochum proprio rabies armavit iambo. 158.: pede certo (signat humum). 215.: traxitque vagus per pulpita vestem. 269.: nocturna versate manu versate diurna. Ep. 2. 1, 12.: invidiam supremo fine domari. 128.: pectus praeceptis format amicis. 177.: quem tulit ad scenam ventoso (cf. Orell.) Gloria curru. 2, 29.: ieiunis dentibus acer | Praesidium regale loco deiecit. S. 2. 4, 37.: non satis est cara pisces avertere mensa. 5, 41.: Furius hibernas cana nive conspuet Alpes. 55.: veloci percurre oculo. 86.: cadaver | unctum oleo largo nudis humeris tulit heres. 6, 30.: (improbus urget) iratis precibus. 80.: Rusticus urbanum murem mus paupere fertur accepisse cavo. 87.: vincere fastidia tangentis male singula dente superbo. 1, 58.: mors (me) atris circumvolat alis. 2, 49.: Tutus erat rhombus tutoque ciconia nido. 3, 10.: si vacuum tepido cepisset villula tecto. 126.: (ungere caput) coeperis impexa foedum porrigine (foedum est porrigine, quia impexum est.) 235.: pisces hiberno ex aequore verris. 274.: cum balba feris annoso verba palato. Ep. 1. 1, 31.: Nodosa corpus nolis prohibere cheragra. 80.: multis occulto crescit res fenore. 94.: si curatus inaequali tonsore capillos (= inaequaliter)

---

tenda sunt: Terent. Ad. 5. 8, 17.: de te largitor = de rebus tuis. Heautont. 3. 1, 53.: quem assidue exedent (Quintil 8. 6. §. 25. Ex eo, quod continetur, usus recepit bene moratas urbes — et saeculum felix. At id, quod contra est, raro audeat quis, nisi poeta, — Iam proximus ardet Vcalegon. Nisi forte hoc potius est, a possessore, quod possidetur: ut hominem devorari, cuius patrimonium consumatur.) 3. 1. 101.: a me nescio quis exit (= domo mea) Ad. 5. 9, 22.: processisti pulcre. Cic. Phil. 14, 5.: a consensu civitatis testimonium datur, quod ferri non posset nisi esset idem quod: a consentiente civitate; cf. ibid. 8, 2.: consensus populi Romani, si nos languescimus, debilitetur necesse est = populi consentientis studium. De Horatio cf. Lübker. p. 58. 175. et ad C. 2. 7, 17. Peerlkamp. ad C. 1. 9, 1.; 2. 12, 20. Alia id genus collegit Meyer. l. c. p. 15 sq. p. 30.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0036

| occurri. 2, 22.: adversis rerum immersabilis undis. 47.: non aeris acervus et auri | aegroto domini deduxit corpore febres. 61.: poenas odio per vim festinat inulto. (Cic. Sest. §. 46. ulcisci dolorem suum). 11, 23.: Grata sume manu (horam fortunatam). 14, 14.: Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Ep. 1. 14, 38.: non odio obscuro morsuque venenat. 16, 6.: sed ut veniens dextrum latus adspiciat sol | Laevum discedens curru fugiente vaporet. C. 1. 1, 36.: sublimi feriam sidera vertice. 4, 1.: grata vice veris. (cf. Tibull. 1. 4, 20.: Annus agit certa lucida signa vice). 7.: alterno terram quatiunt pede. Herzbg. l. c. p. 145. 13.: Mors aequo pulsat pede — tabernas (et) turres. 6, 5.: Palladis urbem | carmine perpetuo celebrare. (cf. Lübker.) 10, 7.: Iocoso condere furto. 10.: puerum minaci | Voce dum terret. 12, 39.: gratus insigni referam Camena (Scauros etc.) (insignibus illorum virorum meritis carmen ipsum quoque insigne fit.) 53.: Parthos egerit iusto domitos triumpho. 13, 6.: Certa sede manent (nec mens nec color). 6, 7.: Humor arguens | quam lentis penitus macerer ignibus. 15, 14.: grataque feminis | Imbelli cithara carmina divides. 31.: Sublimi fugies mollis anhelitu. 20, 9.: prelo domitum Caleno | Tu bibes uvam. 25, 2.: (Parcius fenestras quatiunt) ictibus crebris iuvenes protervi. 27, 17 sq.: Depone tutis auribus (quidquid habes) (tuto deponitur in auribus, quae omne periculum praestant). 31, 9.: Premant Calena falce vitem. (cf. 3. 16, 34.) 33, 14.: (Me) grata detinuit compede Myrtale. 35, 5.: Te pauper ambit sollicita prece | Ruris colonus (sollicitudo ipsis precibus declaratur). 13.: iniurioso ne pede proruas | stantem columnam. 19.: cuneos manu | gestans aëna (quod in cuneis proprie, id in manu translate dicitur). 36, 2.: vituli sanguine debito (placare deos). 37, 1.: pede libero (pulsanda tellus est). 6.: Cellis avitis (depromere Caecubum) (avitum Caecubum). 2. 1, 40.: quaere modos leviore plectro (pro: modos leviores: sed modi plectro temperantur). 5, 15.: Iam proterva | Fronte petet Lalage maritum. 19.: pura nocturno renidet | Luna mari. 13, 2.: sacrilega manu (te produxit). (Tibull. 1. 7, 29.: primus aratra manu sollerti fecit Osiris. 8, 12.: artificis docta manu cf. Meyer. l. c. p. 33.) 7.: penetralia | sparsisse nocturno cruore | Hospitis. 14, 17.: Ater flumine languido Cocytus errans. 26.: mero | Tinget pavimentum superbo | pontificum potione coenis. 15, 14 sq.: nulla decempedis | metata privatis opacam | Porticus excipiebat Arcton. 3. 1, 14.: aequa lege Necessitas | Sortitur insignes et imos. 3, 14.: tigres indocili iugum | collo trahentes. 4, 17.: Tuto ab atris corpore viperis | dormirem et ursis. 47.: divosque mortalesque turbas | Imperio regit unus aequo. 6, 43.: Sol — amicum | tempus agens abeunte curru (cf. Epist. 1. 16, 6.) 8, 22.: Cantaber sera domitus catena. 10, 7.: positus ut glaciet nives | Puro numine Iuppiter. 11, 21.: Ixion Tityosque voltu | Risit invito. 45.: me pater saevis oneret catenis. 12, 9.: neque pugno neque segni pede victus. 14, 7 sq.: decorae Supplice vitta (prodeant matres). 16, 4.: nocturnis ab adulteris. 19, 12.: tribus aut novem | Miscentur cyathis pocula commodis. 30, 2.: Regalique situ pyramidum altius (monumentum exegi. cf. Cic. Tusc. 1. 18, 41.: membrorum vero situs et figura corporis, vacans animo, harmoniam efficere (non potest). Catull. 25, 3.: mollior situ araneoso, i. e. textura araneae). 4. 2, 14.: occidere iusta morte Centauri. 3, 2.: quem tu

Melpomene — nascentem placido lumine videris. 16.: iam dente minus mordeor invido. 4, 74.: quas benigno numine Iuppiter | defendit. A. P. 429.: stillabit amicis | ex oculis rorem. Tibull. 2. 1, 49.: rure levis verno flores apis ingerit alveo (= vere). Ovid. Met. 2, 66.: pavida trepidat formidine pectus. Catull. 64, 315.: tereti versabat turbine fusum. 68, 25.: tota de mente fugavi haec studia (gänzlich verbannt.) 110, 8.: (meretrix) quae se toto corpore prostituit; cf. Hor. Epist. 1. 18, 7.: mente minus validus quam corpore toto (nicht ſo völlig geſund am Geiſte wie am Körper). Quintil. Inst. Orat. 8. prooem. toto corpore valet. Cic. de Orat 1. 7. §. 27.: eo omni sermone confecto (§. 26. tollitur omnis superioris tristitia sermonis).

Interdum adiectivo a suo substantivo divulso tales coniunctiones existunt, qualis haec est: Epod. 16, 57.: Non huc Argoo contendit remige pinus (pro Argoa pinus). cf. C. 1. 15, 1 sq.: Pastor quum traheret navibus Idaeis — Helenen (pro Pastor Idaeus). C. 1. 1, 3 sq.: quos curriculo pulverem Olympicum collegisse iuvat (pro curriculo Olympico, nam curriculo pro curru positum non est ut videtur, auctore Kisselingio, Lübkero.) C. 3. 11, 25.: Audiat Lyde — notas Virginum poenas. Catull. 31, 13.: gaudete — Lydiae lacus undae. Contra atque C. 1. 1, 4. est C. 1. 9, 7.: Deprome quadrimum Sabina — merum diota (pro Sabinum merum). 3. 16, 34.: Nec Laestrygonia Bacchus in amphora languescit mihi. C. 1. 31, 9.: premant Calena falce vitem. Quod autem C. 1. 1, 4.: adiectivum cum ablativo non iungitur, aliis locis iungitur, eius rei causa in promptu est. Nam recte et ad vulgarem loquendi consuetudinem accommodate diceretur: curriculo Olympico pulverem colligere, Sabinum merum diota depromere. Quod cum poetica ratio respueret, ut usitatis „callida iunctura“ gratia novitatis praeberetur, adiectivum illic ab ablativo, hic ab accusativo disiungendum erat. Quare iam Olympionices non „indecoro pulvere sordidus,“ sed Olympico discedit. cf. C. 3. 24, 44.: virtutis viam deserit arduae et C. 4. 12, 7. Praeterea hac ratione id quoque efficitur, ut adiectivum cum substantivo coniunctum eam vim habet, quam in soluta oratione figura ἓν διὰ δυοῖν. E quo genere haec sunt: nullius astri aestuosa impotentia (aestus et impotentia). C. 1. 14, 17. nuper sollicitum quae mihi taedium (fuisti). S. 2. 1, 72.: mitis sapientia Laeli. C. 3. 29, 55.: Virtute me involvo probamque Pauperiem sine dote quaero (ipse probus est; est igitur pro pauperiem et probitatem. Cic. pro Sest. §. 98. otiosa dignitas = cum dignitate otium.)

Reliqui loci hi sunt: Sat. 1. 1, 31.: (laborem ferunt), senes ut in otia tuta recedant. 4, 111.: a turpi meretricis amore (deterrere); pro: turpis meretricis. Düntzer. 5, 85.: (somnia) nocturnam vestem maculant ventremque supinum. 101.: nam deos didici securum agere aevum. 6, 9.: ante potestatem Tulli atque ignobile regnum (ipse ignobilis erat). 113.: Fallacem circum vespertinumque pererro | saepe forum. 7, 11.: fortes, quibus adversum bellum incidit (Catull. 10. 5.: incidere nobis Sermones varii). 8, 5.: obscoenoque ruber porrectus ab inguine palus. A. P. 10.: quidlibet audendi — fuit (poëtis) aequa potestas. 67.: cursum

mutavit iniquum frugibus amnis, doctus iter melius. Sat. 2. 4, 21.: Ille salubres | aestates peraget. (cf. S. 1. 8, 14.) 6, 79.: Si quis laudat Arelli | Sollicitas ignarus opes. 116 sq.: me silva cavusque | Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo (S. 2. 2, 41.: Tutus erat rhombus tutoque ciconia nido). 7, 15.: illi iusta cheragra | contudit articulos. 59.: turpi clausus in arca. 3, 35.: (me) Solatus iussit sapientem pascere barbam (iunxerim „sapientem barbam" den Bart der Weisheit; praeter barbam illi nihil cum veris philosophis commune erat). Ep. 1. 1, 40.: culturae patientem commodet aurem. 16, 8.: quid si rubicunda benigni | Corna vepres et pruna ferant? Ep. 1. 19, 15.: Rupit Iarbitam Timagenis aemula lingua. 21.: Libera per vacuum posui vestigia princeps. C. 1. 7, 16.: parturit imbres perpetuos. 25, 5.: quae prius multum facilis movebat cardines ('aliter iungunt Orelli et Dillenb.) 27, 6.: impium lenite clamorem. 2. 17, 9.: non perfidum dixi sacramentum. 26.: populus frequens Laetum theatris ter crepuit sonum. 3. 4, 6.: pios errare per lucos (videor) (in sacros Musarum lucos piis tantum aditus est, i. e. iis, qui „auspice Musa" carmina faciunt. Catull. 16, 5.: castum esse decet pium poetam (der wahre Dichter). Contra apud eundem 14.: mali poetae dicuntur impii eorumque carmina venena.) 5, 43.: virilem torvus humi posuisse voltum (dicitur Regulus). 27, 25.: Europe niveum doloso credidit tauro latus. 59.: pendulum (hac ab orno) zona laedere collum (potes). 4, 7, 19.: cuncta manus avidas fugient heredis. Epist. 1. 15, 32.: Quidquid quaesierat ventri donabat avaro. S. 1. 10, 41.: (potes) — comis garrire libellos. (Dillenb. comis nominativum esse putat; (cf. A. P. 215.) Orell. accusativum, quod diiudicari non potest nisi comparatis omnibus locis, quibus adiectivum vicem perticipii sustinet. C. 1. 3, 23 sq.: impiae non tangenda rates transiliunt vada. 40.: Iracunda Iovem ponere Fulmina. 12, 59.: Parum castis inimica mittes Fulmina lucis. 14, 17.: Nuper sollicitum quae mihi taedium (fuisti) nunc desiderium curaque non levis. C. 1. 15, 19.: Tamen heu serus adulteros | Crines pulvere collines. 17, 25.: male dispari (tibi) incontinentes iniiciat manus. 37, 7.: regina dementes ruinas (Capitolio parabat). C. 2. 7, 17.: Ergo obligatam redde Iovi dapem. Lübker. 13, 24.: Aeoliis fidibus querentem | Sappho (paene vidi). 17, 21.: utrumque nostrum | consentit astrum. C. 3. 5, 23.: civium retorta tergo brachia libero. 11, 7.: dic modos, Lyde quibus obstinatas | applicet aures. 16, 33.: nec Calabrae mella ferunt apes. 21, 19.: iratos trementi regum apices. 24, 10.: Scythae, quorum plaustra vagas (vagi sunt Scythae) rite trahunt domos. 29, 49.: Fortuna saevo laeta negotio et | Ludum insolentem ludere pertinax) transmutat in certos honores | nunc mihi nunc alii benigna. C. 4. 3, 8.: quod regum tumidas contuderit minas. 12, 7.: male barbaras | Regum est ulta libidines (barba rorum regum libidines). 14, 18.: devota morti pectora liberae. C. S. 71.: votis puerorum amicas | applicet aures. Epod. 13, 5.: obducta solvatur fronte senectus. 16, 5.: aemula nec virtus Capuae nec Spartacus acer (Romam perdere valuit). — Tibull. 4. 1, 13.: laeta Molorcheis posuit vestigia tectis. cf. Meyer. p. 16 sq.

Ad eas rationes, quae modo allatae sunt, etiam ea accedit, de qua supra dictum est, quod Horatius plura substantiva et adiectiva fere ita disponit, ut nullum substanti-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0039

vum sine adiectivo sit (de cumulatione adiectivorum cf. Dissen de poesi Tibulli p. 176 sq.) Itaque alterum adiectivum, cum re ad utrumque substantivum pertineat, vel externo vinculo sive positu, vel interno sive genere et casu cum altero substantivo coniungere solet. *) Quod apparet ex his exemplis: C. 4. 9, 51.: non ille pro caris amicis aut patria timidus perire. 2. 9, 15 sq.: nec impubem parentes Troilon aut Phrygiae sorores flevere semper (pro: Phrygium Troilon aut: Phrygii parentes aut sorores). 16, 33.: Te greges centum Siculaeque circum Mugiunt vaccae. 3. 2, 15.: nec parcit imbellis iuventae poplitibus timidoque tergo. (cf. 3. 21, 14 sq.: tu sapientium curas et arcanum — consilium retegis Lyaeo; et S. 1. 6, 9.: ante potestatem Tulli et ignobile regnum.) 4. 9, 17.: (non) primus Teucer tela Cydonio direxit arcu. (cf. 1. 29, 7 sq.: puer quis ex aula — doctus sagittas tendere Sericas arcu paterno.) C. 1. 15, 1 sq.: Pastor, quum traheret per freta navibus Idaeis Helenen perfidus hospitam. (Catull. 66, 46.: cumque iuventus Per medium classi barbarä navit Athon.) C. 1. 17, 5 sq.: impune tutum per nemus arbutos quaerunt latentes et thyma deviae olentis uxores mariti (ubi et verbum adverbium habet et suo quodque substantivum adiectivo ornatum est. Poterat dicere: tutae quaerunt; cf. Dissen. ad Tibull. 1. 5, 65.: pauper ad occultos furtim deducet amicos.) Epist. 1. 19, 21.: Libera per vacuum posui vestigia princeps. C. 1. 17, 27.: (ne) scindat haerentem coronam crinibus immeritamque vestem. 1. 16, 21.: imprimeretque muris hostile aratrum exercitus insolens (hostilis exercitus). 2. 8, 15.: ferus Cupido, semper ardentes acuens sagittas Cote cruenta (Dissen. ad Tibull. 1. 5, 49.) C. 2. 3. 13.: nimium breves Flores amoenae rosae. 2. 6, 3.: barbaras Syrtes ubi Maura semper aestuat unda. (Catull. 11, 2 sq.: in extremos penetrabit Indos, Litus ut (= ubi) longe resonante Eoa Tunditur unda. 61, 28.: Thespiae rupis Aonios specus. 64, 75.: iniusti regis Gortynia tecta. Quae si cum ceteris exemplis comparantur, facile apparet ad quam legem positio adiectivorum, quae originem et ei similia significant, revocanda sit. cf. Epod. 3, 1.: parentis si quis senile guttur fregerit. C. 2. 13, 24.: Aeoliis fidibus querentem Sappho.) C. 2. 12, 8 sq.: fulgens contremuit domus Saturni veteris. 20.: Sacro Dianae celebris die. 22.: pinguis Phrygiae Mygdonias opes. 14, 14.: Fractis rauci fluctibus Hadriae. (Talia reperiuntur permulta et apud Graecos et apud Latinos. cf. Soph. Electt. 92 sq.: στυγεραὶ εὐναὶ μογερῶν οἴκων. Hor. C. 1. 6, 5.: gravem Pelidae stomachum cedere nescii. 3. 3, 5.: Auster dux inquieti turbidus Hadriae. 17, 14—16.: copia manabit ad plenum benigno ruris honorum opulenta cornu. 20, 1.: Vile potabis modicis Sabinum cantharis. 31, 3.: opimae Sardiniae segetes feraces. 7.: Liris quieta (rura) Mordet aqua taciturnus amnis. 37, 9.: Contaminato cum grege turpium morbo virorum. 2. 16, 43.: cui paternum splendet in mensa tenui Salinum. 18, 29.: rapacis Orci fine destinata. 3. 3, 6.: fulminantis magna manus Iovis. C. S. 59.: beata pleno Copia cornu.

---

*) Non semper. cf. Epod. 15, 19.: Sis pecore et multa dives tellure licebit. cf. p. 25. adn. et Meyer. l. c. p. 15.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0040

Epod. 14, 1.: mollis inertia cur tantam diffuderit imis oblivionem sensibus. 16, 53.: largis aquosus Eurus arva (radit) imbribus. Epist. 1. 12. 28.: aurea fruges pleno defundit Copia cornu. 13, 5.: sedulus opera vehemente minister. etc. Tibull. 1. 3, 47.: nec ensem inmiti saevus duxerat arte faber. cf. Meyer. l. c. p. 17 sq. Et primaria et secundaria notio adiectivo insignita est.) C. 4. 7, 13.: damna tamen celeres reparant coelestia lunae. Epod. 2, 7.: superba civium potentiorum limina. 13, 13.: quam (tellurem) frigida parvi Findunt Scamandri flumina Lubricus et Simois. S. 2. 8, 88.: pinguibus et ficis pastum iecur anseris albae. C. 2. 12, 20.: Sacro Dianae celebris die. (Tibull. 2. 1, 83.: vos celebrem cantate deum. Dissen. cf. 4. 4, 23.) 4. 4, 58.: nigrae feraci frondis in Algido. 3. 4, 42 sq.: scimus ut impios Titanas immanemque turmam Fulmine sustulerit. Epod. 11, 27.: alius ardor aut puellae candidae aut teretis pueri. 16, 4.: Minacis aut Etrusca Porsenae manus. 2, 47.: Et horna dulci vina promens dolio (cf. C. 1. 9, 7.: deprome quadrimum Sabina merum diota). C. 3. 1, 27.: nec saevus Arcturi cadentis impetus. C. 2. 5, 19.: Et pura nocturno renidet Luna mari. cf. C. 2. 15, 14 sq.: nulla decempedis metata privatis opacam Porticus excipiebat Arcton. 3. 6, 43 sq.: (sol) — bobus fatigatis amicum tempus agens abeunte curru. (Hom. Il. ϑ. 486.) cf. Epist. 1. 16, 7.: (ut Sol) Laevum (latus) discedens curru fugiente vaporet. S. 1. 3, 29.: minus aptus acutis naribus horum hominum. 5, 61.: at illi foeda citatrix Setosam laevi frontem turpaverat oris. 2. 8, 86.: Mazonomo pueri magno discerpta ferentes membra gruis sparsi sale multo. A. P. 446 sq.: adlinet atrum Transverso calamo signum (einen ſchwarzen Querſtrich) Tibull. 1. 5, 31 sq.: cui dulcia poma Delia selectis detrahat arboribus. 7, 6.: vidit et evinctos brachia capta duces. cf. Dissen. 2. 2, 87.: sequuntur lascivo (luſtig) sidera fulva choro. Ovid. Metam. 11, 215.: bis periura capit superatae moenia Troiae (208.: avarae litora Troiae). cf. Cic. de Orat. 1. §. 155.: Postea mihi placuit eoque sum usus adolescens, ut summorum oratorum Graecas orationes explicarem. (die Reden der größten griechiſchen Redner.) ibique Kuniss. Cic. in Catil. 1, 6.: privata ignominia vitiorum tuorum.

Adiectivorum re ad bina substantiva pariter pertinentium utrumque ad singula accommodatur his locis: Epist. 1. 18, 54 sq.: Saevam Militiam puer et Cantabrica bella tulisti. Ep. 1. 1, 64.: (nenia) Et maribus Curiis et decantata Camillis. S. 1. 6, 83.: (pudicum me) servavit ab omni Non solum facto, verum opprobrio quoque turpi. 113.: Fallacem circum vespertinumque pererro | Saepe forum. (de re cf. Dissen. ad Tibull. 1. 3, 11.) C. 3. 15, 2 sq.: Tandem nequitiae fige modum tuae Famosisque laboribus. Epod. 17, 15 sq.: Setosa (membra) duris exuere pellibus | Laboriosi remiges Ulixei. C. 1. 1, 22.: ad aquae lene caput sacrae (Lübker.) 3, 32.: Semotique prius tarda necessitas | Leti. 10.: Styx et invisi horrida Taenari | Sedes. 2. 2, 15.: (nisi) aquosus albo | Corpore languor (fugerit). 11, 13.: Sub alta vel platano vel hac | Pinu. 13, 18.: Catenas Parthus et Italum | Robur (perhorrescit) (Dill.) 4, 18.: ut premerer sacra lauroque collataque myrto. 17, 10.: cras foliis nemus | multis et alva littus inutili | — tempestas — | sternet. 18, 2.: per meos fines et

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0041

aprica rura. 24, 25.: impias | caedes et rabiem tollere civicam. C. S. 6.: Virgines lectas puerosque castos. Dillenb. Epod. 16, 7.: nec fera caerulea domuit Germania pube (Romam). 47 sq.: montibus altis | levis crepante lympha desilit pede. 17, 32.: Sicana fervida | Virens in Aetna flamma (ardet) (Orelli.) S. 1. 2, 8.: hunc si perconteris (cur parentis) praeclaram ingrata stringat malus ingluvie rem. A. P. 443.: nullum ultra verbum aut operam insumebat inanem. cf. Cic. de Orat. 1. 36. §. 165. quae neque ego teneo — neque sunt eius generis, ut, si optime tenerem, digna essent ista sapientia ac tuis auribus *). Idemque etiam latius patet. Nam quod in binis adiectivis fit, idem accidit in sub-

---

*) E quo loco intelligi debet, quomodo explicandum sit, quod legitur in eodem libro §. 31.: quid tam iucundum cognitu atque auditu, quam sapientibus sententiis gravibusque verbis ornata oratio et polita? „was iſt angenehmer für Geiſt und Ohr." (Quintil. 8. 3, 52.: ὁμοιολογία — et in sententiis et in figuris, et in positione — non animis solum sed etiam auribus est ingratissima. Cic. de Orat. 2. §. 23. tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus aut mentibus iucundius percipi possit). Male legebatur ibid. §. 151.: omnes loci, qui modo insunt in ea re, de qua scribimus, anquirentibus nobis omnique acie ingenii contemplantibus etc. Nam in „anquirendi verbo notio circumspectandi, circumquaque videndi" (Beier. ad Off. 1. §. 105.) id est contemplandi inest; inquirentium autem est, ipsam vim rei et naturam velle perspicere. Iam cum eos, qui, quale quidque sit, cognoscere cupiant et speciem externam et vim internam sensibus et mente percipere oporteat, saepe contemplandi verbum cum inquirendi aut perspiciendi verbo coniungitur, ut Tusc. 1. §. 44. totos nos in contemplandis rebus perspiciendisque ponemus. Similique ratione de Orat. 1. §. 65. dicitur: Sin cuiquam infinitum videtur, quod ita posui, licet hinc quantum cuique videbitur circumcidat atque amputet (circumciditur, quod de ambitu, amputatur, quod de longitudine demitur; est igitur circumcidere et amputare vertendum: von allen Seiten beſchneiden). Quintil. 2. 3, 8.: quo quis ingenio minus valet, hoc se magis a t t o l l e r e et d i l a t a r e conatur. de Orat. 1. §. 64. si quis universam et propriam oratoris vim definire complectique vult (umfaſſend definiren). Phil. 2. 34.: et sexcentis aliis locis (Horat. Epist. 1. 15, 17.; 16, 74.): ferre patique (geduldig ertragen). de Orat. 1. §. 186. experiar et dicam (zu ſagen). Verr. 4. §. 87. divaricare et deligare (aliquem) in statua. §. 88.: ea quo pacto distinguere ac separare possim nescio. Saepe apud Ciceronem: observare et notare (observando cognoscere, quae sua cuiusque rei natura sit.) de Orat.: coarctare et refercire, opp. dilatare et explicare. Et „Teucro duce et auspice Teucro" non desperandum erat sociis, quia ille sua consilia ad deorum voluntatem conformabat, ut cum nihil inauspicato, nihil auspiciis non addicentibus (auspice enim cum emphasi dictum esse apparet ex iis quae sequuntur: Certus enim etc.) susciperet (cf. C. 3. 6, 10.) iam sperari liceret, deos eum benigno numine adiuturos esse. „Dis se minorem gerebat," diis minor (die Götter verehrend) ut Augustus latum orbem, ita suas suorumque res regebat et administrabat, diisque volentibus in Cyprum profecturus erat. Argutius autem quam verius Stallbaum ad Plat. Apol. Socr. p. 17. B. („λόγοι κεκαλλιεπημένοι ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασι") ῥήματα et ὀνόματα ita differre statuit, ut ὀνόματα intelligantur verba, ῥήματα autem sint sententiae verbis expressae; qua explicatione omnis huius loci ironia tollitur. Irridet enim Socrates praecepta sophistarum rhetorica, qui cum docerent orationem, λόγον, constare n o m i n i b u s et v e r b i s (sive substantivis et verbis) et alia eius generis in arte traderent, in tali doctrina omnem oratoris vim positam putabant. cf. Spalding. ad Quintil. 1. 4, 18. Orell. ad Horat. S. 1. 3, 103.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0042

stantivis et adiectivis hoc modo: C. 3. 24, 4 sq.: Caementis licet occupes Thyrrhenum omne tuis et mare Apulicum. S. 1. 5, 49.: Namque pila lippis inimicum et ludere crudis.

---

# CAPUT III.

Tertiam huius scriptionis partem eam descripseram, quae esset de ratione verborum collocandorum, non universa illa quidem, sed quae pertineret ad adiectiva Horatiana cum substantivis coniuncta. Sed cum haec ipsa plura sint quam quae angusti chartae fines capiant, summatim de iis dicam, ut primum locis ipsis omissis, quot sint cuiusque (singulorum adiectivorum cum singulis substantivis) coniunctionis loci, indicem. Est igitur apud Horatium adiectivum *ante* substantivum positum nullo verbo interposito in odis et epodis quadringenties quinquagies sexies, in satiris et epistolis quingenties quinquies; uno verbo interposito in omnibus carminibus 645ies; duobus verbis interpositis 389ies; tribus aut pluribus verbis interpositis 170ies. *Post* substantivum positum est nullo verbo interposito in odis et epodis 225ies, in satiris et epistolis 331ies; uno verbo interposito in omnibus carminibus 232es; duobus verbis interpositis centies semel; tribus aut pluribus verbis interpositis 31ies. Separatim numeravi eos locos, quibus nomina propria adiectivis ornata sunt, qui tamen ipsi quoque iis, qui supra positi sunt, numeris continentur; quorum ratio ea est, ut adiectivum antepositum sit 172ies, postpositum 36ies.*) Sed difficile est et in colligendo et in numerando non aliquem locum praeterire; speroque fore ut errori meo venia tribuatur, si ratio non constiterit. — Deinde persequenda erant ea, quae inchoavit Dillenburger in Quaest. Horat., qui vicesima quaestione (p. 133. sq.) demonstravit, quomodo duo nomina substantiva vinculo aliquo inter se coniuncta et singulis adiectivis ornata apud Horatium collocari solerent, ita tamen, ut et odarum epodorumque finibus se contineret, et terna nominum paria quo ordine ponerentur paucis, quo quaterna, nullis exemplis doceret. Neque vero alienum videbatur et eos locos proferre, quibus bina adiectiva cum singulis substantivis coniuncta essent, et eos, quibus adiectiva vel pro participiis valerent, vel pro pronominibus posita essent, vel aliquid haberent notabile. (cf. Dissen. de poesi Tib. p. 164 sq. **). Haec

---

*) Semper dicit Horatius *flavum Tiberim*, quod eius aqua natura ita comparata est, ut flavo sit colore. Eademque ratio est ceterorum adiectivorum, quae ante substantiva posita sunt. Est autem poetae, apposita ex ipsa rerum vi et natura depromere. cf. A. P. 120 sq.

**) Non dissimile est, quod in soluta oratione vel in apodosi, vel in altero sententiae membro, vel in proxima verborum comprehensione nomen appellativum cum adiectivo coniunctum pro nomine proprio aut pro pronomine aut ita ut abundare videatur ponitur. cf. Quintil. 2. 14, 4. Cum M. Tullius etiam ipsis librorum, quos hac de re primum scripse-

omnia igitur quum in aliam temporis opportunitatem reiici necesse fuerit, ne tertium caput nimis tenue et exile esset, pauca adnotare ad aliquot locos Horatianos constituimus.

C. 1. 3, 26.: Gens humana ruit per vetitum nefas. Hoc Orellius breviter ac nove dictum esse putat pro: ruit per vetitum atque adeo nefas committere audet. Sed ut concedamus de brevitate, cuius veteres studiosos fuisse notissimum est, nove quidem dictum non est. Nam et poetis et scriptoribus id dicendi genus frequentissimum est, ut uno verbo vel ipso vel cum nomine coniuncto duas notiones exprimant, atque plus significent quam eloquantur. (cf. Meyer. l. c. p. 28 sq.) Qua loquendi consuetudine orationi mirus quidam motus atque actus acquiritur. Horatii huc referri debent hi loci: C. 4. 2, 24.: Animumque moresque Aureos educit in astra nigroque Invidet Orco. (cf. C. 4. 6, 10.: Ille velut icta ferro pinus aut impulsa cupressus Euro Procidit late = deiecta in terram. (Caussa pro effectu posita est) 9, 18.: Teucer tela Cydonio Direxit arcu. 2. 7, 11 sq.: me per hostes Mercurius celer Denso sustulit aere. 11, 27.: Exemplum grave praebet ales Pegasus terrenum equitem gravatus Bellerophontem = qui excussit. 6, 34.: Deliae tutela deae fugaces Lyncas et cervos cohibentis arcu. Quod Peerlkamp. notare non debuit; in eadem, enim re Homerus dixit ἠρύκακε. Il. υ. 458. Epist. 1. 1, 28.: Non possis oculo quantum contendere Lynceus. C. 1. 33, 4.: Cur tibi iunior laesa praeniteat fide. 2. 14, 16.: nocentem corporibus metuemus Austrum (metuentes cavebimus). Catull. 25, 5.: aves oscitantes" = diducto ore clamitantes." Idemque fit in adiectivis. C. 1. 36, 4.: qui nunc Hesperia sospes ab ultima Caris multa sodalibus — dividit oscula. cf. 37, 13.: sospes ab ignibus. S. 1. 6, 83.: pudicum (me) servavit ab omni — facto — turpi („prae pudore abstinentem"). C. 2. 3, 3.: servare mentem Ab insolenti temperatam Laetitia. C. 4. 6, 43.: Redditi carmen docilis modo-

---

rat, titulis Graeco nomine utatur: profecto non est verendum, ne temere videamur oratori maximo de nomine artis suae credidisse. Cic. pro Mil. §. 32. cuius illi conatus, ut ipse rationabatur, nec, si possent, reprimere cuperent, et si vellent, fortasse vix frangere possent hominis sceleratissimi — audaciam. Phil. 10, 6.: qui iam aut captus est, aut certe homo verecundus in Macedoniam non accedit. pro Mil. §. 58. quos (sc. servos) nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuerunt conservatores domini etc. (= quamquam dominum conservarunt). cf. §. 63. fortem virum (= quum vir fortis esset). §. 89. homo effeminatus. (Horat. A. P. 474. recitator acerbus). in Verr. 2. 4. §. 37. Non putat ille sibi iniuriam factam, propterea quod homini iam perdito — subvenisti. §. 51. homo nobilis. post Red. in Sen. §. 13. gravis auctor. §. 14. helluo immanis. pro Deiot. §. 10. est perturbatus homo longinquus et alienigena. de Orat. 1. 19. §. 85. excitabatur homo promtus. (Kuniss.) de Off. 2. 45. a summo viro (pro ab eo). Sed laus multo maior fit eo, quod a summo viro tributa est. §. 82. a rege opulento vir summus facile impetravit, ut grandi pecunia adiuvaretur. (Aratus quum vir summus esset a Ptolemaeo cum is rex opulentus esset, f. i. ut etc.) Phil. 13, 7.: in homine nobilissimo (in te quum sis h. n.) 3, 1.: Auctoritate enim Senatus — facile hominis amentis fregissemus audaciam. c. 3. clarissimus adolescens. cf. Plat. Sympos. c. 36. init. καρτερὸς ἀνήρ; et quod de simili dicendi genere adnotavit Seyffert. Palaestr. Cic. p. 145.

rum Vatis Horati = cuius modos didiceram, s. Horatius me docuerat; cf. 11, 34.: condisce modos, amanda Voce quos reddas. 4. 9, 26.: omnes illacrimabiles. (3. 2, 17.: Si non periret immiserabilis Captiva pubes. Aliter 2. 14, 7.: Pluto dicitur immiserabilis qui ad lacrimas et misericordiam moveri non potest. 4. 2, 21.: flebilis sponsa = flens. A. P. 123.: flebilis Ino. C. 1. 33, 2.: neu miserabiles Decantes elegos. C. 1. 3, 22.: deus abscidit — oceano dissociabili Terras. cf. Dillb.) urgentur — nocte. 14, 5.: qua sol habitabiles Illustrat oras. 1. 24, 9.: Multis ille bonis flebilis occidit. Gerundivum quidem hac ratione vim participii praesentis passivi accipit. C. 3. 1, 5.: Regum timendorum in proprios greges — imperium est. (45.: cur invidendis postibus Sublime moliar atrium. 3, 45.: horrenda late nomen in ultimos Extendat oras). C. 2. 10, 7.: caret invidenda Sobrius aula. S. 2. 5, 62.: tempore quo iuvenis Parthis horrendus — Magnus erit. Catull. 64, 287.: Tempe — Mnemonidum — doctis celebranda choreis.) C. 2. 3, 10.: Umbram hospitalem consociare amant. Amor mutuus efficit ut consocietur umbra. 2. 7, 24.: Deproperare apio coronas. 3. 24, 62.: cum — indigno pecuniam heredi properet. 7, 32.: cras ingens iterabimus aequor. 1. 2, 5.: Terruit gentes, ne — rediret (ut metuerent ne.) 3. 2, 9.: Suspiret, eheu, ne — Sponsus lacessat — leonem. (metuens ne). Propert. 2. 7, 3.: flemus uterque diu, ne nos divideret. Plat. Criton. p. 45.: *αἰσχύνομαι, μὴ δόξῃ ἅπαν τὸ πρᾶγμα τὸ περὶ σὲ ἀνανδρίᾳ τινὶ τῇ ἡμετέρᾳ πεπρᾶχθαι.* 1. 33, 3.: ne decantes elegos, cur praeniteat iunior. (interrogans cur). 4, 5, 22.: Mos et lex maculosum edomuit nefas („domuit atque emovit") 3. 3, 28.: Pugnaces Achivos Hectoreis opibus refringit. („frangendo reprimit"). 4. 4, 24.: Catervae Consiliis iuvenis revictae (vincendo repressae). 3. 27, 7.: Si (serpens) per obliquum similis sagittae terruit mannos („oblique viam traiiciendo terruit"). Epod. 5, 27.: Sagana per totam domum Spargens — aquas Horret capillis. A. P. 442.: Si defendere delictum quam vertere malles (verso stilo mutare. cf. Orell.) C. 2. 13, 13.: quid quisque vitet nunquam homini satis | Cautum est in horas. C. 1. 29, 7.: sagittas tendere Sericas Arcu paterno (coniicere tento arcu). 3, 29, 51.: Fortuna — transmutat incertos honores (mutando transfert). S. 1. 4, 29.: Hic mutat merces surgente a sole ad eum quo Vespertina tepet regio. (Virgil. Ecl. 4, 38.: nec pontica pinus Mutabit merces. „ex una parte orbis in alteram transmutabit"). C. 2. 16, 18.: quid terras alio calentes Sole mutamus? („patria relicta petimus"). Plat. de republ. p. 424. C. *εἶδος γὰρ καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον.* („mutatione facta novam musicae speciem inducere" Stallb.) 4. 2, 6.: imbres (amnem) super notas aluere ripas. 10, 41.: Comis garrire libellos. 2. 3, 252.: (Si) ludas opus. 274.: cum balba feris annoso verba palato (durch Anſtoßen ausſprechen. Düntzer.) 2. 6, 8.: si veneror stultus nihil horum („deos venerans ab iis precor"). Epist. 2. 1, 25.: (foedera regum) Vel Gabiis, vel cum rigidis aequata Sabinis. Epist. 1. 2, 14.: delirare — aliquid. 1. 1, 101.: insanire sollemnia. 2. 1, 223.: dum loca iam recitata revolvimus irrevocati. 2. 2, 125.: Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur. A. P. purgor bilem. 2. 1, 16.: Iurandasque tuum per nomen ponimus aras („quas tenentes per tuum nomen iuremus"). S. 2. 2, 127.: quantum

hinc imminuit. Epod, 16, 30.: (quando) nova monstra iunxerit libidine (columba, quae milvo dicitur adulterari vix in monstrorum numero haberi potest, monstrum, res mira (cf. Ovid. Met. 2, 367.) est, columbam cum milvo venerem coniungere. Est igitur monstra iungere idem quod mira coniunctione monstra efficere). S. 1. 3, 115.: nec vincet ratio („vincendo adversarium demonstrare"). S. 2. 2, 2.: (sermo) quem praecepit Ofellus = quae praecipiens dixit. Düntzer. Epod. 17, 7.: citumque retro solve turbinem. cf. Mitscherl. ibid. 28.: pectus increpare (increpando fascinare). (Epist. 1. 16, 13.: Thracam ambire nisi sensu proprio accipiendum est, nihil aliud est nisi: ambientem et multos anfractus facientem per Thraciam labi cf. A. P. 17.: properantis aquae per amoenos ambitus agros.) Et haud scio an huc referendum sit quod legitur C. 1. 18, 11.: non ego te meis, candide Bassareu, invitum quatiam = thyrso quatiendo te celebrabo. Hoc quidem ex eodem fonte manavit, quod interdum praesens pro perfecto ponitur, ut C. 3. 1, 9.: Est ut viro vir latius ordinet Arbusta sulcis. 16, 42.: si Mygdoniis regnum Alyattei Campis continuem („continuatum possideam"). 25, 20.: Dulce periculum est, O Lenaee, sequi deum Cingentem viridi tempora pampino. S. 2. 5, 60.: Divinare etenim magnus mihi donat Apollo. C. 2. 17, 17.: Seu libra seu me scorpios adspicit. (cf. Dillenb.) Virgil. A. 211.: Illum — aurea nunc solis stellantis regia coeli Accipit, et numerum divorum altaribus addit. Tibull. 4. 1, 152.: (Tellus) quinque in partes toto disponitur orbe. Propert. 4. 2, 3.: (Hertzb.) Tuscus ego: Tuscis orior. cf. Hertzb. Quaest. Prop. p. 120. cf. Klotz. ad Cic. Tusc. 1, 13. §. 30. nec vero id collocutio hominum aut consensus efficit. et 20. §. 45. Etenim si nunc aliquid assequi se putant, qui ostium Ponti viderunt. 45. §. 108. permulta alia colligit Chrysippus. Eodemque modo ponitur imperfectum et perfectum. Cic. Phil. 1. 4. Turpe mihi ipsi videbatur, in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus cederet. (quem quidem Cicero illo tempore Veliae viderat) = cessisset et cederet, quum etiam tum in itinere esset. Catull. 66, 35.: (me pollicitae) si reditum tetulisset is haud in tempore longo et Capta Asiam Aegypti finibus adiiceret (adiectam haberet, non pro adiecisset). Horat. C. 1. 7, 21.: Teucer Salamina patremque Cum fugeret, tamen uda Lyaeo Tempora populea fertur cinxisse corona. Si tempora cingit pampino idem est quod cincta habet, sequitur ut cinxisse tempora sit idem quod cincta habuisse. Nam non post potationem, ut Orellio videtur, sed ante potationem (vers. 31. nunc vino pellite curas) tempora cinxit et cincta habuit cum uda essent. Subiungo haec: Catull. 55, 11.: Quaedam inquit, nudum sinum reducens. (Hom. Il. χ. 80.: κόλπον ἀνιεμένη). 64, 327.: sed vos, quae fata sequuntur, Currite, ducentes subtemina, currite, fusi („fata currendo deducere"). Tibull. 2. 1, 19.: neu seges eludat messem fallacibus herbis. („Cum vulgo agricolae etc. decipiantur, hoc loco messis eludi dicitur, quae promissa non redditur" Dissen.) 3. 6, 33.: difficile est imitari gaudia falsa (imitando gaudia mentiri). Terent. Andr. 3. 5, 9.: ut huic malo aliquam producam moram; quod explicandum videtur ex Andr. 4. 1, 24.: nisi me lactasses amantem, et falsa spe produceres; ut sit idem quod producendo moram interponere. cf. 2. 1, 13.: impetrabo ut aliquod saltem nuptiis prodat dies. Soph. Electr. 1433. (Wdr.) σιγᾶν

ἄνωγα, κἀναδεικνύναι πύλας πᾶσιν Μυκηναίοισιν — ὁρᾶν; („ἀνεῳγμένων τῶν πυλῶν δεικνύναι τὰ ἐντός“). Platon. de republ. p. 363. E. ταῦτα καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐγκωμιάζουσι δικαιοσύνην. cf. Stallb. ad Plat. Phaed. p. 105. B. καὶ μή μοι ὃ ἂν ἐρωτῶ ἀποκρίνου. Hom. Il. 20, 87.: τί με ταῦτα — κελεύεις ἀντία Πηλείωνος — μάχεσθαι. (ταῦτα λέγων) (similia praebet Matth. Gr. Gr. §. 421. 2. a.) Soph. Antig. 671.: ἥδε (ἡ ἀναρχία) σὺν μάχῃ δορὸς τροπὰς καταῤῥήγνυσι („rumpendo facere fugam“). Electr. 138.: ἀπὸ τῶν μετρίων ἐπ' ἀμήχανον ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι (cf. Wunder.). 979.: θράσος ὁπλίζεσθαι. Antig. 955.: Ἄρης δισσοῖσι Φινεΐδαις εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος τυφλωθὲν — ἀλαὸν — ὀμμάτων κύκλοις. Wdr. Eurip. Heracl. κίνδυνον τεμεῖν σιδάρῳ (secando facere proelium ferro. Pflugk.) ibid. 147.: σκέπτεσθαί τι εἴς τινα (intuendo alqm. investigare aliquid et deprehendere. Pflugk. cf. Cic. de Orat. 1. 10. §. 42. nihil omnino (te) quaesisse — convinceret. Kuniss.) Virgil. A. 5. 154 sq.: Post hos aequo discrimine Pristis Centaurusque l o c u m tendunt superare p r i o r e m (= assequi altera superata). cf. Peter. ad Cic. Orat. §. 23. §. 37. §. 122. de Orat. 3, 38.: elegantiam expolire (expoliendo parare). Beier. ad Cic. de Off. 1. §. 15. quae (pars) prima descripta est. Ibid. 2. §. 16. deinde comparat (= comparatione docet. Beier.) quanto plures deleti sunt homines hominum impetu. Platon. Phaed. 75. B. εἰ ἐμέλλομεν τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα ἐκεῖσε ἀνοίσειν, ὅτι προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι οἷον ἐκεῖνο, ἔστι δὲ αὐτοῦ φαυλοτέρα. (ἀναφέρειν = ἀναφέροντα ἐνθυμεῖσθαι. Stallb. cf. Euthyphr. p. 9. ibique Stallb.) de Legg. 2, 8.: effari templum; de Divin. 1, 2. procurare monstra. In Verr. 4. §. 39. perquirere vasa (nach Gefäßen das Haus durchſuchen). post red. in Sen. §. 39. implorare alqm. de Orat. 1. §. 167. plus secum agi iniquum putabat. 2. 17. §. 71. quid dicere oporteret eum qui orator esset futurus, quid, etiamsi non didicisset, ex eo quod didicisset assumeret (assumit facultatem ex ceteris rebus comparatam, quum de iis dicturus est, quae separatim non didicit). pro domo: inducere Senatus consultum (caſſiren). pro Planc. §. 33. §. 54. queri = querebundum dicere.“ Wunder. cf. Hom. 23. 75. καί μοι δὸς τὴν χεῖρ', ὀλοφύρομαι. pro Roscio Amer. 34. §. 97. tantum itineris contendere (cf. Wunder. ad Planc. §. 96.) Terent. Hec. 3. 3, 5.: me intro ut corripui (Plaut. Merc. 3. 4, 76.: ut corripuit se repente a t q u e a b i i t). Platon. Phaed. p. 116.: ἀνίστατο εἰς οἴκημα. Hom. Il. 1. 533.: θεοὶ — ἀνέσταν — σφοῦ πατρὸς ἐναντίον. Terent. Andr. 5. 5, 1.: proviso quid agat Pamphilus. Westerhov. Cic. (Verr. 3. 11., 3. 59. aliisque locis) reiicere iudices, recuperatores = „sorte et reiectione deligere.“ de Harusp. resp. §. 1. duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi; ubi v e r b a i n c i p e r e, quod Latine dici Wolfius negat, ut abhorrens a linguae analogia, ita defendi potest, ut explices, incipientem verba dicere. cf. excusare aliquid; defendere aliquid. Permulta addi possunt ex Homero. Il. 1. 71.: νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιου εἴσω. Nägelsb. 125.: τὰ μὲν πολίων ἐξ ἐπράθομεν, τὰ δέδασται. Nägelsb. 142.: ἐς δ' ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν. („collectos remiges imponamus in navem.“ N.) Od. 15, 206.: νηΐ δ' ἐνὶ πρύμνῃ ἐξαίνυτο κάλλιμα δῶρα. cf. Nägelsb. p. 102. ad vers. 99. (aliter dicitur aliquis εἰς τοὺς πολεμίους ἁλῶναι = πεσόντα εἰς τ. π. apud Plat. de republ. p. 468. Stallb.) Il. 2, 381.: ξυνάγωμεν Ἄρηα. Ngb. cl. 16, 764.: συνάγειν ὑσμίνην. (cf. 14, 96.:

πολέμοιο συνεσταότος). Il. 5, 81.: ἀπὸ δ' ἔξεσε χεῖρα βαρεῖαν. (er hieb die Hand glatt weg. est structura praegnans coniuncta cum metaphora, ut apud Eurip. Hec. 583.: δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσεν.) 6, 339.: νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας. (15, 684.: θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται.) 38.: ἀτυζομένω πεδίοιο. 8, 405.: (ἕλκεα), ἅ κεν μάρπτῃσι κεραυνός. 1, 388.: ἠπείλησεν μῦθον. 9, 176.: ἐπάρξασθαι δεπάεσσιν. (Buttm. Lexil. 1. p. 100. Nitzsch. ad Odyss. 3. 340.) 19, 27.: ἐκ δ' αἰὼν πέφαται (interfectione vita exstincta est). 21, 451.: νῶϊ βιήσατο μισθὸν ἅπαντα. 23, 805.: ὁππότερός κε φθῇσιν ὀρεξάμενος χρόα καλόν. (ὀρέξασθαί τινα ita differt ab ὀρέξασθαί τινος, ut καταφρονεῖν τινος a καταφρ. τινα Eurip. Bacch. 503., alterum in voluntate, alterum in actu positum est. cf. ἐξάρχειν τι et ἐξάρχειν τινός.) 16, 300.: οὐρανόθεν — ὑπεῤῥάγη ἄσπετος αἰθήρ. 221.: χηλοῦ δ' ἀπὸ πῶμ' ἀνέῳγεν. 387.: σκολιὰς κρίνειν θέμιστας. 697.: οἱ δ' ἄλλοι φύγαδε μνώοντο ἕκαστος. 777.: ὄφρα μὲν Ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει (als er im Umlauf die Mitte des Himmels erreicht hatte). 481.: φρένες ἔρχαται ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ. 13, 130.: φράξαντες δόρυ δουρί. 301.: ἐκ Θρῄκης Ἐφύρους μετὰ θωρήσσεσθον. 420.: ἀλλὰ θέων περίβη καὶ οἱ σάκος ἀμφεκάλυψεν. 507.: διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἤφυσεν. 580.: τὸν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν. 14, 518.: ψυχὴ δὲ κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν ἔσσυτ' ἐπειγομένη. 170.: ἀπὸ χροὸς λύματα πάντα κάθηρεν. 349.: ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἔεργεν (αὐτούς). 15, 153.: ἀμφὶ δέ μιν θυόεν νέφος ἐστεφάνωτο. 357.: γεφύρωσεν δὲ κέλευθον. 17, 624.: ἵμασεν καλλίτριχας ἵππους νῆας ἔπι γλαφυράς. 692.: αἴ κε τάχιστα νέκυν ἐπὶ νῆα σαώσῃ. 18, 341.: (Τρωαὶ) τὰς αὐτοὶ καμόμεσθα βίηφί τε δουρί τε μακρῷ. 19, 62.: ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος (significari videtur quod ira effectum est, ut in tentorio iaceret Achilles pugnando abstinens). 23, 416.: στεινωπῷ ἐν ὁδῷ παραδύμεναι. 24, 421.: ἕλκεα πάντα, ὅσσ' ἐτύπη. 711.: τίλλεσθαί τινα. 332.: ἐς πεδίον προφανέντε. 8, 204.: σὺ δέ σφισι βούλεο νίκην. 7, 351.: ὅρκια πιστὰ ψευσάμενοι. 13, 225.: ἀνδύεται πόλεμον κακόν. (Nägelsb. p. 75.) 23, 393.: ῥυμὸς ἐπὶ γαῖαν ἐλύσθη. 21, 258.: ὕδατι ῥόον ἡγεμονεύειν. 22, 345.: γούνων γουνάζεσθαί τινα. 18, 205.: ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέφος ἔστεφε. 1, 22.: πάντες ἐπευφήμησαν — αἰδεῖσθαι ἱερῆα. Verbum cum substantivo unam notionem efficit structura simplici verbo similem in his: Il. 16, 667.: κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον Σαρπήδονα. 18, 560.: αἱ δὲ γυναῖκες δεῖπνον ἐρίθοισιν λεῦκ' ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον. (Paraphr.: δεῖπνον τοῖς ἐργάταις ἐποίουν καὶ λευκὰ ἄλευρα πολλὰ ἔβρεχον). 19, 383.: (ἔθειραι) ἃς Ἥφαιστος ἵει λόφον ἀμφὶ θαμείας. 21, 123.: οἵ σ' ὠτειλὴν αἷμ' ἀπολιχμήσονται. 22, 513.: ἀλλ' ἤτοι τάδε πάντα καταφλέξω — οὐδὲν σοίγε ὄφελος. 24, 735.: ῥίψει (σε) — ἀπὸ πύργου λυγρὸν ὄλεθρον. 3, 48 sq.: γυναῖκ' — ἀνῆγες — πατρὶ σῷ μέγα πῆμα *). 4, 155.: θάνατόν νύ τοι

---

*) Si πῆμα per appositionem adiectum est, auditur notio subiectiva causae, quam saepe omitti notum est, ut in his Homericis: οὐ δέος ἐστὶ, οὐ νέμεσίς ἐστι c. infinitivo. Il. 16, 52.: ἀλλὰ τόδ' αἰνὸν ἄχος — θυμὸν ἱκάνει, ὁππότε δὴ τὸν ὁμοῖον ἀνὴρ ἐθέλῃσιν ἀμέρσαι. Hor. S. 1. 4, 67.: magnus uterque timor latronibus. 2. 2, 107.: o magnus posthac inimicis risus. 5, 37.: neu sis iocus. Terent. Hec. 2. 1, 42.: morbus ille sunt mores tui. Tibull. 2. 1, 30.: non festa luce madere est rubor. cf. Dissen. Apud Ovid. M. 1, 736.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0048

ὅρκια ἔταμνον. 9, 15.: οὔτι ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατέλεξας. 10, 327.: ὅθι που μέλλουσιν ἄριστοι βουλὰς βουλεύειν ἤ φευγέμεν ἠὲ μάχεσθαι. (20, 84.: (ἀπειλαὶ) ἃς — ὑπέσχεο — πολεμίζειν.) 8, 186.: τὴν κομιδὴν, ἣν — πολλὴν Ἀνδρομάχη — ὑμῖν — πυρὸν (παρ) ἔθηκεν. (23, 649.: οὐδέ σε λήθω τιμῆς ἧστέ μ' ἔοικε τετιμῆ-

---

Io est Iunoni „caussa doloris" et patri non inventa reperta luctus levior (655.) nepos-que Cadmo causa luctus III. 319. Eademque ratione aliae notiones subiectivae omittuntur. Soph. Electr. 951. (Wdr.) εὐσέβειαν οἴσει (laudem pietatis: δόξαν εὐσεβείας). Il. 11, 648.: οὐχ ἕδος ἐστί (tempus sedendi). Cic. de Orat. 1. §. 123. quos usus et natura (Kenntniß der menſchl. Natur. Kuniss.) docuisset. Cic. Legg. 3, 3.: Omnes magistratus auspicium iudiciumque habento. Phil. 2, 32.: nuntiationem, spectionem habere. Cic. pro Mil. 22. §. 59. de servis nulla lege quaestio est in dominum (= ius quaerendi; Osenbrüggen. cl. actio est = ius lege agendi); petitio est = ius pétendi; Cic. Phil. 3, 1.: quae est igitur exspectatio aut quae vel minima dilatio temporis. (aliis locis substantiva verbalia in io exeuntia ponuntur pro rationis verbo cum gerundio. Cic. Partitt. Orator. 3, 9.: omnem collocationem ad finem accommodo quaestionis. 4, 11.: ut rationem collocandi ad finem cuiusque (controversiae) accommodem; aut pro est cum participio fut. pass. Terent. Andr. 2. 3, 26.: puerum ne resciscat mi esse ex illa, cautio est = cavendum est. Westerhov. cl. Cic. Lael. 21. Plaut. Bacchid. 4. 2. 15. aut pro infinitivo: Cic. de Legg. 3, 10.: est iniqua in omni re accusanda praetermissis bonis malorum enumeratio vitiorumque selectio. pro Planc. §. 29. facilis est illa occursatio et blanditia popularis. (facile est populo occursare et blanditias dicere. Wunder. Quare ipsi infinitivi eadem brevitate usurpantur, qua haec verbalia: Tibull. 4. 1, 100.: Tum tibi non desit faciem componere pugnae. (peritia fac. componendae. cf. Dissen.) Cic. de Off. 3, 32.: ut esset insitum militibus nostris aut vincere aut emori. Hor. Ep. 1. 7, 27.: reddes dulce loqui. 19, 9.: adimam cantare severis. (Ovid. Met. 2, 483.: posse loqui eripitur. 11, 177.: dat posse moveri). Tibull. 1. 9, 35.: Illis eriperes verbis mihi sidera coeli Lucere. („eriperes mihi opinionem etc." cf. Cic. Tusc. 1. 32, 77.: nemo me de immortalitate depellet.) Cic. pro Mil. 1, 1.: me recreat Cn. Pompeii — consilium (der Gedanke an —). 14. §. 38. salus mea concursum excitarat (cura salutis). §. 21. respublica nos coniunxit cum bonis. De Off. 3, 23.: alio res familiaris, alio ducit humanitas. Tacit. Annal. 1, 36.: augebat metum gnarus seditionis et — invasurus hostis. Horat. C. 3. 24, 46.: quo clamor vocat et turba faventium. 1. 37, 13.: Vix una sospes navis ab ignibus (minuit furorem). Virgil. A. 7, 333.: neu connubîs ambire Latinum Aeneadae possint. (connubia petentes). 474.: Hunc atavi reges, hunc claris dextera factis (movet). Tibull. 4. 9, 1.: Scis iter ex animo sublatum triste puellae. Caes. B. C. 1, 4.: regum appellandorum largitionibus movetur (spe largitionum). Corn. Severus apud Peerlk. ad Hor. C. 1. 7, 5.: Aetna mihi — carmen erit. Virg. 5, 602.: Troia = ludicrum Troiae. Cic. Off. 3. §. 61. fiducia = iudicium fiduciae. Beier. (cf. 3. 8, 5.: ed. Zumpt.: Hinc sicae, hinc venena, hinc falsa testamenta nascuntur). pro Planc. §. 36. de ipso ambitu = in ipso iudicio de ambitu. Wunder. Hor. S. 1. 3, 42.: Vellem — isti Errori nomen virtus posuisset honestum. („sensus eius quod aequum et bonum est"). Autumnus, — Libitinae quaestus acerbae. Epist. 2. 2, 57.: anni euntes — tendunt extorquere poemata (facultatem poeticam). Cic. pro Rosc. Amer. §. 107. indicii partem accipere (indicium = praemium indicii. Matth.) pro Mur. §. 77. nec candidatis ista benignitas adimenda est. (occasio benignitatis) de Legg. 2, 16.: stipem sustulimus. Quintil. 3. 9, 65.: Ciceronis sententiae et conciones non minus clarum — eloquentiae lumen ostendunt. (§. 68. breviores aliquando causarum orationes, quam sententiarum.) Sententiae sunt orationes in senatu habitae. cf. Spalding. Apud eundem consilia saepe sunt orationes quibus in concionibus consilia dantur. (Eadem brevitate utitur, cum scriptorum libros commemorat. „quod dicit (Cicero) de Roscio" „qualis (est praemunitio) Ciceronis contra Q. Cae-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0049

σϑαι.) 13, 622.: ἄλλης—λώβης—οὐκ ἐπιδευεῖς, ἣν ἐμὲ λωβήσασϑε. Plat. Phaed. p. 115.D. ἐγγυήσασϑε οὖν με—τὴν ἐναντίαν ἐγγύην. Eurip. — 645.: ἐκρίϑη ἔρις, ἂν κρίνει τρίσσας μακάρων παῖδας ἀνὴρ βούτας. — (cf. Wunder. ad Soph. Electr. 543.: εἰ δὲ μ᾽ ὧδ᾽ ἀεὶ λόγους (vulgo λόγοις) ἐξῆρχες. cl. Oed. Col. λόγον μηκύνειν τινά, Eurip. Troad. 149.: μολπὰν — ἐξῆρχον ϑεούς). Ex eodem genere videtur esse quod est apud Plat. de Republ. p. 365. C. πρόϑυρα καὶ σχῆμα κύκλῳ περὶ ἐμαυτὸν σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγραπτέον (cf. Stallb.), et quod apud Homerum est Il. 20, 180.: Τρώεσσιν ἀνάξειν — τιμῆς τῆς Πριάμου, quod Spitzner, auctore Matthia (Gr. Gr. §. 360.) ita explicat ut ἀνάσσειν verbo duos casus subiectos esse putet; nisi forte simplicior ratio praeferenda est, ut genitivi sint possessivi, atque audiatur ἔμμορον ὄντα. Nam a Τρώεσσιν genitivi pendere vix possunt (ut Il. 15, 122.: πὰρ Διὸς ἀϑανάτοισι. Bernhardy gr. Synt. p. 160.) propterea quod τιμὴ non idem est quod ἀρχή (Sed cf. Il. 15, 189.: ubi Neptunus suam τιμὴν dicit mare esse). Multis quidem locis singula verba enuntiatis integris per appositionem addita videntur (de quo usu cf. Klotz. ad Cic. pro Rosc. Amer. c. 11. Kuniss. ad Cic. de Orat. 2. §. 79. cf. Orat. §. 52. Vellei. Paterc. II. 69. Matth. Gr. Gr. §. 432. 5. Cic. Tusc. 1. 43, 102.), sed interdum dubium est an appositio ad eandem brevi-

---

cilium" „quale est prooemium pro Caecilio" „ille pro Oppio locus" „in prooemio pro
Ctesiphonte Demosthenis"). Cic. Phil. XI. 8. Comitia introducere in senatum (comitio-
rum morem.) (Totus locus apud Wernsdorf. ita legitur: quae igitur haec comitia? aut
quam ambitionem constantissimus — civis, L. Caesar, in senatum introducit? Prono-
men relativum ita usurpatum est ut saepissime usurpatur, in indignatione, admiratione,
affectu denique aliquo. cf. Cic. in Verr. 2. 4, 39.: quam mihi religionem narras? quem
senatum? de Orat. 1. §. 105. quem tu mihi Staseam, quem peripateticum narras? §. 102.
Quando enim me ista curasse aut cogitasse arbitramini (Glaubt ihr, daß ich jemals —).
Phil. 2, 39.: quas Calendas Iunias exspectasti? Cic. nescio quo loco: quam in te tan-
tam virtutem arbitratus, ut conarere. Horat. A. P. 53. quid Caecilio dabit Romanus
Virgilio ademptum. C. 1. 3, 17.: quem mortis timuit gradum? Unde apparet, quo-
modo explicandum sit quod legitur C. 1. 29, 5.: quae tibi virginum Sponso necato
barbara serviet?) Idem fit in verbis et adiectivis, ut pro rei cogitatione etc. ipsa res
ponatur. Plat. Crit. p. 47. D. διαφϑεροῦμεν ἐκεῖνο, ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βέλτιον ἐγίγνετο,
τῷ δὲ ἀδίκῳ ἀπώλλυτο. (βέλτιον γίγνεσϑαι ἐλέγετο. Stallb.) cf. Zumpt. ad Cic. de Off.
3. 8, 1.: si, cum animum attenderis, turpitudinem videas adiunctam ei rei quae spe-
ciem utilitatis attulerit, tum non utilitas relinquenda est, sed intelligendum etc. Heyne ad
Hom. Il. 13. 814. Hor. C. 3. 16, 3.: Danaën turris (et) fores et excubiae munierant
satis („ex opinione Acrisii. Orell.) 3. 27, 42.: meliusne fluctus Ire per longos fuit.
(esse visum est). S. 1. 7, 10.: Hoc etenim sunt omnes iure molesti, quo fortes. Orell.
2. 5, 9.: quando pauperiem horres (fateris de horrere. Orell.) Ep. 1. 14, 26.: Et ta-
men urges — ligonibus arva. Epod. 15, 13.: non feret assiduas potiori te dare noctes
(qui tibi videtur potior). cf. 3. 9, 2. 3. 24, 42.: magnum pauperis approbrium iubet
quidvis et facere et pati. 64.: curtae nescio quid semper abest rei (non est curta, sed
videtur). S. 1. 2, 26.: Est qui Inguen ad obscoenum subductis (sc. tunicis) usque fa-
cetus (ambulet) (sibi videtur esse facetus). 2. 3, 142.: Pauper Opimius argenti positi
intus et auri. C. 1. 12, 43.: Saeva paupertas. 57.: te minor. 4. 9, 49.: duram —
pauperiem. A. P. 292.: ingenium misera quia fortunatius arte credit. Hinc nata est
ea structura, quam explicat Matth. ad Cic. pro Sulla §. 40. et Madvig. ad Cic. de Fin.
p. 145 sq.

tatis legem revocanda sit. cf. Heindorf. ad Hor. S. 1. 4, 110. et 2. 1, 53.: (cf. S. 2. 2, 69.; 2. 2, 31.) Dillenb. Quaest. Horat. p. 31 sq. et ad C. 3. 20, 7. cf. Catull. 61, 24.: ramuli quos Hamadryades deae ludicrum sibi roscido humore nutriunt. Eadem ratio est eorum quae per prolepsin quae dicitur dicuntur (cf. Iacob. Quaest. epic. p. 137 sq., 140 sq., 149, 158, 189, 193. Hertzbg. l. c. p. 140.) ut apud Horatium C. 1. 3, 23.: impiae non tangenda rates transiliunt vada. 2. 7, 3.: quis te redonavit Quiritem. 20, 9.: Iamiam residunt cruribus asperae pelles. 3. 16, 19.: Iure perhorrui Late conspicuum tollere verticem (ut esset consp.) 1. 8 10.: neque iam livida gestat armis brachia (Orellius dicit gestat idem esse quod habet, cl. Ovid. Metam. 5, 533.: ora gerere. Mihi quidem, hunc locum comparanti cum 1. 29, 9.: Sagittas tendere arcu paterno, et 2. 3, 10.: umbram consociare amant ramis dubium non videtur, quin gestandi verbo usus sit Horatius propter arma. Arma gestari dicuntur, ut arcus tendi, et rami consociari. Erat igitur potius notandum, idem fieri in verbis quod in adiectivis, ut interdum cum duo essent substantiva, cum eo iungerentur, ad quod proprie non pertinerent. Ut ramis consociatis umbra efficitur, ita armis gestandis brachia livida fiunt). 2. 10, 6.: tutus caret obsoleti Sordibus tecti (ut sit tutus). 3. 8, 26.: Parce privatus nimium cavere (de privato Maecenate cf. Cic. pro Sest. §. 69. (consules) quum in senatu, p r i v a t i ut de me sententias dicerent flagitabantur). 3. 9, 12.: si parcent animae fata superstiti. S. 2. 1, 20.: Recalcitrat undique tutus. S. 2. 1, 84.: Sed bona (carmina) si quis Iudice condiderit laudatus Caesare? (ut laudetur). (cf. Terent. Eun. 1. 2, 90.: Tamen contemptus abs te haec habui in memoria; ob haec facta abs te spernor. Haec habui in memoria, et contemptus sum, feci, et spernor). 2. 3, 35.: tempore quo me solatus iussit sapientem pascere barbam (sed de hoc loco supra diximus p. 37.) 153.: Deficient inopem venae te. 2. 7, 4.: Iam vage prosiliet frenis natura remotis. E. 1. 16, 24.: Stultorum incurata pudor malus ulcera celat. 17, 62.: quaere peregrinum, vicinia rauca reclamat (ut fiat r.) E. 2. 1, 148.: Libertas — Lusit amabiliter, donec iam saevus apertam In rabiem coepit verti. 2. 2, 105.: Obturem patulas impune legentibus aures (quo loco confirmatur Lambini explicatio versus 39. epistolae 19. libri primi, quo Horatius se dignari negat ambire grammaticas tribus, nobilium (A. P. 259. nobiles trimetri, S. 2. 3, 243.: par nobile fratrum) scriptorum auditorem et ultorem. cf. E. 2. 2, 67.: A. P. 474. S. 1. 3, 89.) A. P. 292 sq.: Carmen reprehendite, quod non Multa litura coercuit atque Perfectum non castigavit ad unguem. 346.: (Liber) longum noto scriptori prorogat aevum. (Recte igitur Augusti virtutes in aevum aeternari dicuntur C. 4. 14, 5. est enim aeternare in aevum prorogare in aevum aeternum. cf. Ovid. Met. 1. 663.: praeclusa ianua leti Aeternum nostros luctus extendit in aevum.) C. 4. 9, 31.: non ego te meis chartis inornatum silebo (cf. Lübker. p. 315.) 4. 3, 18.: dulcem quae strepitum (testudinis), Pieri, temperas. C. 3. 29, 17 sq.: Clarus occultum Andromedae pater Ostendit ignem. (ut clarus sit). 1. 27, 3.: verecundum Bacchum — prohibete rixis. 2. 20, 19.; me peritus Discet Iber. (Dillenb.) 3. 24, 62.: Improbae crescunt divitiae. 4. 13, 24.: (fata) servatura diu parem Cornicis vetulae temporibus Lycen. (ut aetate par esset cornici vetulae). 15, 20.: (ira) miseras inimicat urbes. C. S. 45.: di — senectuti placidae quietem (date).



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0051

Dillenb. Epod. 5, 79.: caelum sidet inferius mari. S. 1. 3, 65.: (ut forte) legentem impellat quovis sermone molestus. 4, 117.: famam tueri incolumem. 6, 82 sq.: (me) pudicum servavit ab omni (turpi) facto. 10, 10.: verbis lassas onerantibus aures. A. P. 33.: molles imitabitur aere capillos. 266.: visuros peccata putem mea tutus etc. Dillenb. S. 2. 2, 55.: Si te alio pravum detorseris. 2. 3, 274.: cum balba feris annoso verba palato. Düntzer. Epist. 1. 12, 18.: quid premat obscurum lunae, quid proferat orbem. Dillbg. S. 2. 2, 51.: Si quis nunc mergos suaves edixerit assos. Düntzer. Tibull. 2. 1, 14.: manibus puris sumite fontis aquam (manibus purgandis, ut purae sint. Dissen.) Hom. Od. 4, 570.: ὣς εἰπὼν ὑπὸ πόντον ἐδύσατο κυμαίνοντα (ὥστε κυμαίνειν). cf. Meyer. l. c. p. 24. Euripid., Alcest. 990. (Pflgk.) σκότιοι φθίνουσιν = ad Orci tenebras abeunt. Hermann. ἐφέστιον πῆξαι — σκῆπτρον (ἐπὶ τῇ ἑστίᾳ). Soph. Electr. 411. — Antig. 1171.: κλῆθρ' ἀνασπαστοῦ πύλης χαλῶσα. Herm. Oed. Col. 1026.: ναὸς πόδα ἐγκρατῆ τείνειν. Wunder. Electr. 235.: γονέων ἐκτίμους ἴσχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων (ita ut non honorent parentes. Wdr.) Dicit Horatius ex Orellii explicatione hoc: Leges perrumpentes divinas nefariis sceleribus se obstringunt. (cf. C. 2. 13, 9.: Quidquid usquam concipitur nefas tractavit). Lübkerus quidem ita fere explicat: scientes se omni scelere contaminant, multo, ut videtur, simplicius; qui tamen interdum obscuriora tradit, ut ad versum primum huius carminis de particulis Sic et ita, de quibus multa saepe scripta sunt, quae vel unam aliquam usus partem illustrarent, vel diversa confunderent. Plene dicitur sic — ut, quod aut valet ſo — wie, aut unter der Bedingung — daß (Stürenburg ad Cic. Arch. p. 81. ed. I.) Quorum alterum usurpatur in affirmando hoc significatu: quod dico tam certum et verum est, quam ratum esse volo, quod opto; atque ut particula ponitur cum indicativo. Ovid. Metam. 8, 869.: Quoque minus dubites, sic has deus aequoris artes Adiuvet, ut nemo iamdudum litore in isto, Me tamen excepto, nec femina constitit ulla. (Loersius ad hunc locum minus recte dicit: „Sic in precibus et votis solemne, ubi alteri, quo paratius id quod ab eo petimus praestet, quae ipsi grata et exoptata sunt, vicissim optamus," secutus, ut videtur, Forbiger. ad Virg. Ecl. 10, 4. Quid enim hoc loco petitur ab altero? an ut credat, quod dicatur?). cf. Hom. Il. 13, 825 sq. Et omissa paticula ut: Cic. ad Att. 1, 16.: saepe, ita me dii iuvent, te spectatorem pugnarum mirificarum desideravi. (Similiter explicandi videntur hi loci: Cic. de Legg. 3. 15, 33. Ita mehercule attendi, nec satis intellexi, quid sibi lex, aut quid verba ista vellent: ich habe gehörig aufgepaßt, ita, ut intelligere possem. pro Milone §. 79.: Quin sic attendite iudices (non recte Zumptius Gr. Lat. §. 542. gebt einmal darauf Acht. Statuere videtur, sic ita dictum esse ut in sic habeto), pro eo quod est attendite diligenter (Verr. 2. 2, §. 82.) Terent. Eun. 3. 5, 16.: sic commemineram (getroffen alſo). Hor. C. 1. 24, 11.: non ita creditum (cf. Cic. Tusc. 1. 39, 93.: quid est igitur, quod querare, si repetit (natura vitam), quum vult? Ea enim condicione acceperas). cf. Il. 13, 310. ibique Spitzner. Cic. Verr. 2. 2. §. 96. quod id temporis erat. de Orat. 2. 1, 2.: cum essemus eiusmodi sc. ut id facile intelligeremus (Jahn. Annal. liter. XIII. 39. 3. p. 339.) Hom. Il. 5, 828.: τοίη τοι ἐγὼν ἐπιτάῤῥοθός εἰμι.) Alterum in precando et obtestando, hoc sensu „Sic, hac condicione opto tibi hoc illudve, ut dicas, facias" (Dissen. ad Tibull. 1. 4, 1.)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0052

In quo sententia condicionem continens omittitur atque audienda est ex imperativo vel coniunctivo, quo effertur, quod petitur; (cf. Matth. Gr. Gr. §. 513. A. 4.) ut hoc loco, de quo agitur, plene sic dicendum fuerit: Reddas Virgilium incolumem; nam sic de diva potens Cypri — regat, ut hoc facias (aut: si hoc facies. cf. Hor. Epist. 1. 7, 69.: Sic ignovisse putato Me tibi, si coenas hodie mecum.) Condicionalis sententia omissa videtur S. 2. 2, 124.: ita culmo surgeret alto sc. si libationem pie faceremus; nisi praestat audire: ut (wie) rite a nobis coleretur, aut ut optaremus. Id autem quod optatur triplici modo ponitur, ut patet his exemplis Horatianis: C. 1. 3, 1 sq.: Sic te diva potens Cypri — regat, Navis, quae tibi creditum Debes Virgilium, finibus Atticis reddas incolumem. (Eodem modo *ἄρα* apud Graecos ponitur. Xenoph. Anab. 6. 2, 18. ed. Krüger. Hom. Il. 10, 46.: *Ἑκτορέοις ἄρα μᾶλλον ἐπὶ φρένα θῆχ᾽ ἱεροῖσιν· οὐ γάρ πω ἰδόμην, οὐδ᾽ ἔκλυον αὐδήσαντος, ἄνδρ᾽ ἕνα τοσσάδε μέρμερα — μητίσασθαι.*) C. 1. 28, 25.: At tu, nauta, vagae ne parce malignus arenae Ossibus — particulam dare. Sic — Venusinae plectantur silvae te sospite. (cf. Tibull. 2. 5, 121 sq. 6, 30. 4. 13, 6.: Atque utinam possis uni mihi bella videri, Displiceas aliis: sic ego tutus ero; quamquam huius loci ratio paullulum differt ab iis, in quorum explicatione versamur). S. 2. 3, 300.: Stoice, post damnum sic vendas omnia pluris, qua me stultitia Insanire putas? Sed illuc redeo; non ut explicem, quid mihi videatur de ratione grammatica eius unde digressus sum, sententiae, sed ut pauca dicam de Hercule, a quo ipso quoque sunt qui statuant nefariae illius audaciae exemplum ductum esse; nimirum ut in eos deos, qui mundi administrationem inter se partiti sint, aeque ab hominibus peccetur. Cui rationi vel maxime obstat, quod Hercules non modo ceteris Romanis species quaedam est et exemplar eius virtutis et industriae, quae hominibus iuvandis, tutandis, conservandis immortalitatem consequatur, sed etiam ab Horatio talis informatur, qui omnibus laboribus hominum causa exantlatis ad deos abierit. Priusquam igitur Horatium statuamus ipsum sibi non constitisse, quaerendum est, an Hercules hic quoque illas conservatoris partes obtineat. Nec vero diu circumspiciendum est. Offert se Alcestis, quam fabulae ferunt ab illo ex Orco reductam esse; de qua hoc loco cogitandum esse docet ratio sententiarum. Prometheus, quum ignem coelestem furatus est, cum omnium, quibus hominum vita obnoxia est, malorum auctor exstitit, tum fati necessitatem maturavit. Nam cum igne subduxit Vulcani artem igneam (*ἔμπυρον τέχνην.* Plat. Protag. 321. E.) sollertiamque Minervae, quam quum hominibus attulisset, ut politior eorum victus cultusque consecutus est, ita accidit, ut molliores et infirmiores fierent celeriusque quam antea morte consumerentur; quorum alterum aperte dicitur („necessitas leti corripuit gradum"), alterum nomine Daedali tanquam integumento quodam involvitur. Quid ergo est? satin perspicue de accelerato mortis gradu dictum est? Cur idem in Herculeo labore lateat? Nempe erat exemplum cum exemplo componendum, quo factum est ut idem bis diceretur, sed ita, ut quid Hercules fecisset, intelligendum esset ex eo, quod ante positum esset. Est igitur res separata a nomine, quod contra est in altero exemplo, propterea quod nihil antea commemoratur, quod ad artes a Daedalo inventas pertineat. Quomodo autem Horatius quod infinite posuerit exemplis illustret, passim docet Dillenburgerus. Denique quum summa carminis demonstretur, naturalem vitae rationem ab hominibus perversam



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0053

esse, totum plenum est antithetorum, atque haud scio an fulmina quoque Iovis contraria ponantur salutaribus coeli luminibus, quae in principio nominantur.

C. 2. 12, 9.: Tuque pedestribus Dices historiis proelia Caesaris. De re separatim disputavit Dillenburger. Quaest. Hor. p. 15 sq. beviterque quid et sibi et aliis videretur exposuit Lübker. in commentariis p. 258. Restat ut de ipsa ratione grammatica pauca dicenda videantur. Nam cum Lübkerus particulam que eam vim habere censeat, quam apud Homerum καὶ δὲ, Dillenburgerus autem opponendi ei facultatem tribuat, neutrum mihi probatur, qui particulas nec — nec — que nego ita usurpatas esse, ut apud Ciceronem Tusc. 1. 10, 21.: (ut de multis unum exemplum ponam): „neque in homine inesse animum vel animam, nec in bestia; vimque omnem eam, qua vel agamus quid, vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis aequabiliter esse fusam;“ sed in tertio membro enuntiatum secundarium pro primario positum esse, ut sententiae hoc ordine procedant: Nolis longa ferae bella Numantiae — aptari citharae modis, nec saevos Lapithas, — nec proelia Caesaris, quae tu pedestribus historiis melius dices; cuius similis conformatio orationis est C. 1. 6, 5.: Nos, Agrippa, neque haec dicere nec gravem Pelidae stomachum etc. conamur, i. e. non magis haec — quam gravem P. st. Patet autem haec sive brevitas sive negligentia et apud Graecos et apud Latinos latissime, inducitque non animadversa saepissime in errorem. Ad quam illustrandam his utar exemplis. Cic. de Off. 3. §. 61. Reliquorum autem iudiciorum haec verba maxime excellunt. (Enuntiatio debebat esse secundaria; sed particula autem saepissime efficit, ut oratio aliter finiatur, atque instituta sit. cf. de Off. 1, 3. atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, id officium perfectum esse definiant; medium autem officium id esse dicunt, quod etc. (ubi indicativus tantum abest ut soloece positus sit, ut a dicendi consuetudine flagitari videatur). Tusc. 1. §. 69. ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore: hic autem ubi habitamus, non intermittit suo tempore coelum nitescere. de Orat. 2. §. 4. ut Crassus — vellet, — Antonius autem censebat.) pro Murena §. 20. Atque haec quamquam praesente L. Lucullo loquar, tamen, ne ab ipso propter periculum nostrum concessam videamur habere licentiam fingendi, publicis literis testata sunt omnia (= tamen afferam publicas literas, quibus testata sunt omnia. cf. de Orat. 2. §. 3. De Antonio vero quamquam saepe ex humanissimo homine patruo nostro acceperamus quemadmodum ille vel Athenis vel Rhodi se doctissimorum hominum sermonibus dedisset: tamen ipse adolescentulus — multa ex eo saepe quaesivi). §. 21. Mihi quidem vehementer expediit, positam in oculis esse gratiam; sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superavi, et tu idem fortasse; verum tamen utrique nostrum desiderium nihil obfuisset. (= sed quamquam satietate mei superata civium gratiam mihi conciliavi, tamen — desiderium nihil obfuisset. cf. Phil. 2. §. 75. Sed tamen consilium a primo reprehendendum, laudanda constantia. de Orat. 1. §. 161.) §. 66. Domesticum de habere dixisti exemplum ad imitandum. — Sed, si illius comitatem et facilitatem tuae gravitati severitatique adsperseris, non ista quidem erunt meliora, quae nunc sunt optima, sed certe condita iucundius (= sed si illum imitaberis, adspergas illius comitatem tuae gravitati; quod si feceris etc.) de Orat. 1. §. 155. quibus lectis hoc assequebar, ut exprimerem quaedam verba imitando, quae

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0054

nova nostris essent, dummodo essent idonea. (= quae nova essent nostris, quos hoc novandi studium non improbaturos sperabam, dummodo quae finxissem essent idonea). Quintil. 9. 3, 36.: Interim variatur casibus haec et generibus iteratio, — et apud Rutilium longa *περιόδοις*; sed haec initia sententiarum sunt. (= „totum quidem Rutilii locum non afferam, quoniam longus est, sed etc. Spalding.) Cic. in Verr. 2. 4, §. 114. Ea tametsi multis istius et variis iniuriis acciderunt: tamen haec una causa in opinione Siculorum plurimum valet, quod, Cerere violata, omnes cultus fructusque Cereris in iis locis interisse arbitrantur. (= quod Ceres violata sit, qua violata etc.) §. 117. Eorum (portuum) coniunctione pars oppidi, quae appellatur Insula, mari disiuncta angusto, ponte rursus adiungitur et continetur (= „eorum p. coni. fit, ut maris angustum brachium urbis partem, quae insula et est et vocatur, a cetera urbe et terra continenti separet, sed ea rursus adiungitur ponte.“ Zumpt.) pro Mil. §. 22. Tulit (Pompeius), ut consularem necesse esset (huic quaestioni praeesse) (= ut consularis praeesset, quod necesse esse duceret consularem praesse). Platon. Phaed. p. 100. B. *ἀλλὰ μὴν, ἔφη ὁ Κέβης, ὡς διδόντος σοι οὐκ ἂν φθάνοις περαίνων.* (= *ἀλλὰ μὴν δίδωμι καί* etc.) cf. Nägelsbach. ad Hom. Il. *ά.* p. 35. 44. Plat. Apol. p. 41. C. *ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιὰν, ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Σίσυφον, ἢ ἄλλους μυρίους ἄν τις εἴποι* (= *ἢ ἄλλους μυρίους οὓς ἂν τις εἴποι.* cf. Stallb.) Euthyphr. p. 6. B. *καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά, οἷα λέγεταί τε ὑπὸ τῶν ποιητῶν, καὶ (οἵοις) ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν γραφέων τά τε ἄλλα ἱερὰ ἡμῖν καταπεποίκιλται, καὶ δὴ καὶ τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις ὁ πέπλος μεστὸς τῶν τοιούτων ποικιλμάτων ἀνάγεται* etc. (= *καὶ δὴ καὶ ὁ π., ὃς — ἀνάγεται.*) Cic. pro Marc. §. 11. Huius autem rei tu idem et dux es et comes, quae quidem tanta est, ut tropaeis monumentisque tuis allatura finem sit aetas; — at haec tua iustitia et lenitas animi florescet quotidie magis. (= ut cum aetas allatura sit etc. cf. post reditum in Sen. §. 30. pro Planc. §. 66.) Quintil. 10. 3, 25.: Ideoque lucubrantes silentium noctis et clausum cubiculum et lumen unum velut tectos maxime teneat. (= „Ideoque lucubremus (utile erit lucubrare), ita ut silentium nos teneat.“ Herbst. (Horat. C. 4. 7, 19.: cuncta manus fugient heredis, amico quae dederis animo (= da animo — nam quae dederis etc. cf. Cic. in Verr. 1, 29.: qui si dixisset, quod ille iussisset etc. Hor. C. 4. 6, 17.: Sed palam captis gravis — pueros ureret. (= sed palam cepisset; opp.: non falleret aulam Priami. cf. C. 1. 9, 9.: Permitte divis cetera, qui simul Stravere ventos nec cupressi nec veteres agitantur orni; pro: qui sternunt et simul stravere non agitantur arbores, aut: qui ita sternunt ut —). Idem fit in s i v e particula, ut Hor. C. 1. 2, 33.: Tandem venias — Augur Apollo, Sive tu mavis, Erycina ridens. (tu venias, si mavis). Quintil. 1. 5, 41.: fiunt soloecismi per — modos, sive cui status eos dici seu qualitates placet: et cum s e d dicitur pro s e d q u o d, antecedente n o n q u o: et cum relativum ponitur omissa sententia condicionali, (quod contra fit in i s, s i q u i s, ut Cic. Brut. §. 243. eam verborum copiam, si quam habebat = quam habebat, si quam habebat. cf. Meyer. ad h. l.) ut Quint. 1. 5, 45.: Similiter in vocabulis et nominibus fit soloecismus genere, numero, proprie autem casibus, quidquid horum alteri succedit (si quid, quidquid est): et in i t a q u e particula. cf. Madvig. ad Cic. de Fin. p. 40. (cf. de Orat. 1. §. 61. Atque haud scio an minus hoc vobis sim probaturus: equidem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0055

non dubito, quid sentiam, dicere. [atque etiam hoc addere non dubito, quod haud scio an etc.]) Cic. pro Quint. c. 25. Tum mihi Roscius et alia multa confirmandi mei causa dixit, et mehercule si nihil diceret, tacito ipso officio et studio, quod habebat erga propinquum suum, quemvis commoveret (et me commovit ipso studio, quo, si nihil diceret, — commoveret.) Horat. Epist. 1. 5, 21.: Haec ego procurare et idoneus imperor et non invitus, ne turpe toral sit etc. (si imperor, si vis me procurare, idoneus procurare imperor). Cic. de Offic. 2. 6. §. 20. Haec ergo, ut dixi, rariora. At vero interitus exercituum etc. quamquam fortuita sunt, tamen sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt. (at vero multo minus rari sunt interitus exercituum etc., quae, quamquam etc.) Tibull. 1. 7, 23 sq.: Nile pater, quanam possim te dicere causa Aut quibus in terris occuluisse caput? Te propter nullos tellus tua postulat imbres (pro: Nile pater, qui occuluisti caput (Horat. Nilus, fontium qui celat origines) etc.: Te propter etc. ibid. 1. 1, 67.: Tu Manes ne laede meos, sed parce solutis Crinibus et teneris, Delia, parce genis. (Vult poeta Deliam crines solvere, abscindere non vult). cf. Dissen. de poesi Tibulli p. 187 sq. Alia est ratio eorum locorum, quibus inter duo membra sententia integra omissa est, ut apud Horat. 3. 16. init. Inclusam Danaen turris robustaeque fores — munierant satis, — si non Acrisium Iuppiter et Venus risissent. (munierant, et muniissent, si non — alia vide apud Hertzberg. l. c. p. 127 sq.)

Epist. 2. 2, 52 sq.: sed quod non desit habentem Quae poterunt unquam satis expurgare cicutae, ni melius dormire putem quam scribere versus. Quum multae exstent verborum „quod non desit" explicationes (cf. quae Düntzer. adnotavit ad h. l. p. 82.), nulla eorum affert rationem grammaticam. Est n o n d e s i t impersonaliter dictum ut apud Terentium Adelph. 5. 4. 27. Deerit: id mea minume refert, qui sum natu maxumus; ubi deerit est: laborabunt rerum necessariarum inopia; et apud Horatium Sat. 2. 3, 123.: (Cur haec custodis?) ne tibi desit? Relativum autem cum coniunctivo aut eodem modo positum est, quo S. 2. 7, 3. Davusne? Ita, Davus, amicum Mancipium domino et frugi q u o d s i t s a t i s, hoc est, U t vitale putes; aut propter formam enuntiati interrogativam, cum is, qui interrogatur, secum reputare iubetur ea, quae continentur sententia secundaria. Plene enim diceretur: habentem tantum, quod qui habeat ei non desit, s. non prematur inopia; i. e. tantum, ut ei qui id habeat, non desit, aut: ut qui sapiens sit ei qui habeat non detesse concedat. Est igitur q u o d accusativus, non nominativus, ut Epist. 1. 2, 46.: ubi eadem sententia affirmative effertur: Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet. Quae ratio si cui non probetur, quod exemplorum auctoritate non confirmetur (nam apud Ciceronem Planc. 27, 67. petivit ea usus ratione vitae, qua minima invidia novi homines plurimi eosdem honores consecuti sunt — q u a simplex ablativus instrumenti esse potest), ita explicem, ut habendi verbum absolute positum esse dicam, ut apud Virgil. Aen. 8, 327. (cf. quae ad hunc locum adnotavit Forbiger. Eodem modo divites Graece dicuntur οἱ ἔχοντες.) Horat. Epist. 1. 7, 85. (amore senescit habendi), Cic. ad Fam. 7, 29. (quanti est, nos, quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere), locique sit sententia: Sed cum dives sim, quatenus non desit; doch jetzt wo ich ein reicher Mann bin, inſofern ich keinen Mangel leide. cf. Zumpt. ad Cic. Verr. 4. 4, §. 20. ubi q u o d similiter usurpatum est.

---

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0056

# Bericht

über das

# Königl. Pädagogium zu Halle.

## Neunte Fortsetzung.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0057

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0058

# Historische Notizen.

Nach den Programmen der verflossenen Jahre ist der Lectionsplan des Königl. Pädagogiums, wie er sich nach dem Hohen Ministerial-Rescript vom 24. Oct. 1837 gestaltet hat, sowohl im Allgemeinen als in Beziehung auf einzelne Disciplinen, namentlich das Lateinische, Griechische und Deutsche mitgetheilt. Je freundlicher diese Mittheilungen hie und da aufgenommen sind, desto näher lag es mir, sie fortzusetzen und desto bestimmter hatte ich mir vorgenommen, diesmal den Lehrplan für die Mathematik und Physik folgen zu lassen. Indessen gestattet das der Raum nicht. Ich muss mich auf Ueberlieferung der üblichen statistischen Notizen beschränken.

Nach dem vorjährigen Programm bestand das Collegium aus dem Insp. adj. Rudolph, dem Dr. Daniel, Dr. Voigt, Bach, Günther, Dr. Dryander, Bernhardt, Dr. Eckardt, Masius, Dr. Garcke, Nagel, Keil und Dr. Rienäcker; ferner aus dem Lehrer der Naturgeschichte Rend. Hössler, dem Zeichenlehrer Prof. Weise, dem Musikmstr. Greger und dem Turnlehrer Dieter. In dem verwichenen Schuljahre verliessen uns die Collegen Bach, Masius, Bernhardt und Dr. Rienäcker. Bach ging als Rector einer höheren Bürgerschule nach Annaberg im Erzgebirge und zog sehr bald den Schulamtscandidaten Masius, dessen Feinheit und Tüchtigkeit er hier genugsam erkannt hatte, nach. An seine Stelle trat Mr. Kneury aus der Schweiz für das Französische und Mr. Finlay aus England für das Englische, während Keil das Ordinariat erhielt, das Masius bis zu seinem Abgange verwaltet hatte und der Dr. Gruber zum Ordinarius der letzten Classe ernannt wurde. Der Mathematikus Bernhardt folgte einem ehrenvollen Rufe an das Gymnasium zu Wittenberg. Der Dr. Kurtze übernahm seine Lectionen. Der Dr. Rienäcker endlich wurde als Collaborator an der hiesigen lateinischen Schule angestellt. Die Stunden, welche er während seines Probejahrs gehalten, wurden unter die übrigen Mitglieder des Collegiums vertheilt, so dass dasselbe gegenwärtig aus dem Insp. adj. Rudolph, Dr. Daniel, Dr. Voigt (Ordinarius von Prima), Günther, Dr. Dryander (Ordinarius von Secunda sup.), Dr. Eckardt (Ordinarius von Tertia), Dr. Garcke (Ordinarius von Secunda inf.), Nagel (Ordinarius von Quarta sup.), Keil (Ordinarius von Quarta inf.), Dr. Kurtze, Dr. Gruber (Ordin. von Quinta) und aus den oben bereits genannten Lehrern für die Naturgeschichte, das Zeichnen, den Gesang und das Turnen besteht.

Die erste Realclasse, deren Eingehen bereits im vor. Programm als bevorstehend angekündigt wurde, ist wirklich aufgehoben. Wir haben also nur noch zwei und selbst diese werden sich auf die Dauer nicht halten können.

Die im vorigen Jahre begründete Quarta inf. ist bei der Möglichkeit fortdauernd auf eine Sexta zu verzichten beibehalten.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0059

Die Sammlungen des Instituts sind etatsmässig vermehrt.

Zu Michaelis 1843 waren bei der öffentlichen Prüfung 108 Scholaren gegenwärtig. Es kamen hinzu beim Beginn des Wintersemesters 14, im Laufe des Sommers 24, also zusammen 38. Dagegen verliessen das Institut mit dem Zeugniss der Reife zu Michaelis 1843:

1. Hertzberg, Gustav Friedrich.
2. Kaulfuss, Ferdinand Louis.
3. Gesenius, Wilhelm.
4. Eiselen, Friedrich Carl Ludwig.
5. Leissring, Friedrich Wilhelm.
6. Dahlström, Carl Friedrich.
7. Schlunk, Carl Albert Ferdinand.

und zu Ostern 1844:

1. Delbrück, Gottlieb Emanuel Hugo.
2. Wäldner, Wilhelm Louis.

also zusammen 9 und ausserdem ohne Examen 9, so dass bei der diesmaligen öffentlichen Prüfung 128 gegenwärtig sein werden. Sie ist, wie gewöhnlich auf den 5. September festgesetzt, beginnt um 9 Uhr Morgens und wird bis gegen 1 Uhr dauern.

Die Classen, welche vortreten, sind:

1. Quinta, Religion, Dr. Niemeyer.
2. Quarta inferior, Lateinisch, Coll. Keil.
3. Tertia, Französisch, Coll. Kneury.
4. Secunda inferior, Geschichte, Adj. Rudolph.
5. Exgriechen, II. Cl., Mr. Finlay.

**Pause.**

6. Quinta, Naturgeschichte, Rend. Hössler.
7. Quarta superior, Griechisch, Coll. Nagel.
8. Tertia, Lateinisch, Dr. Eckardt.
9. Secunda inferior, Mathematik, D. Kurtze.
10. Secunda superior, Deutsch, Dr. Daniel.
11. Prima, Horaz, Dr. Voigt.

Zwischen den Prüfungen der einzelnen Classen werden von einigen Mitgliedern der Quinta, Quarta, Tertia und Secunda inf. ausgewählte Gedichte hergesagt.

Am folgenden Tage werden die in der Elaborir-Woche angefertigten schriftlichen Arbeiten kritisirt, die Censuren vertheilt und zugleich die Versetzungen bekannt gemacht.

Das neue Semester beginnt mit dem 14. October Morgens um 9 Uhr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0060

10.

# Bericht

über das

# Königliche Pädagogium zu Halle,

womit

zu der öffentlichen Prüfung

der

**Scholaren des Instituts**

am 5. Sept. von 9 bis 1 Uhr

ergebenst einladet

Dr. H. A. Niemeyer,

Director und Aufseher des Königlichen Pädagogiums.

## Neunte Fortsetzung.

Voran:

Rhetorisch-grammatische Collectaneen, mit besonderer Beziehung auf den Gebrauch des Adjectivum bei Horaz, unter dem Titel:

Nugarum grammaticarum particula prima.

von

Dr. J. A. Voigt.

Halle,

Druck der Waisenhaus-Buchdruckerei.

1844.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:3-68375/fragment/page=0061